

& non spurius, eo quod status filij ex tempore conceptionis, vel natiuitatis, prout magis tali filio fuerit expediens, est iudicandus, ita recte censuit Morlin, vbi supra, & nouissime alios allegans Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, disput. 7. numero 19. vbi loquitur quando proles concepta nascitur post expeditam dispensationem ab Ordinario, & ante initium matrimonium, ex quo sequitur, quod si proles nasceretur ante expeditam dispensationem ab Ordinario, cui fuit commissa per Sedem Apostolicam, non efficeretur legitima, quia adhuc durabat impedimentum quousque ab Ordinario dispensatio expeditur, etiam si Bulla dispensatoria huc peruenerit, non tamen fuerit expedita ab Ordinario.

8 Quid vero fit dicendum de filiis natis seu conceptis ante sententiam pendente lite super matrimonio, vel post sententiam, a qua est appellatum, vel intra terminum datum ad appellandum inito alio matrimonio, an sint legitimi necne? late agit Mozius de contrahib. titulo de matrimonio, sub numero 16. versiculo quum etiam, fol. mibi 137. col. 4.

9 Obseruandum quoque est in proposito, nullam requiri iudicis sententiam ad declarandam illegitimitatem filiorum ex clandestino matrimonio nullo genitorum, vt bene probat Thomas Sanchez lib. tertio de matrimonio, disput. 33. num. 8.

CAPITVLVM LXXIII.

An filij concepti vel nati ex matrimonio clandestino valido sint legitimi?

SVM MARIVM.

- 1 Matrimonium coram parcho, & testibus celebratum absque ulla denunciationibus, nullofante impedimento dirimente, validum est, & non est clandestinum, vt in num. 3.
- 2 Filij nati ex matrimonio celebrato coram parcho, & testibus absque denunciationibus, an sint legitimi? & numerus sequentibus per totum caput.
- 4 Legitimitas filiorum ex triplici causa contingere potest, vt hic, & in numeris sequentibus.

1 Q Vestio hæc verificari potest in matrimonio post Concilium Tridentinum celebrato coram parcho, & testibus nullo impedimento dirimente stante validum est, vt in sessione 24. eiusdem Concilij Tridentini, cap. primo in Decret. de reformat. matrimonij. ibi, qui aliter, quam presente parcho, &c. cum denunciations præd. non sint de essentia ad valorem matrimonij, vt bene resoluimus prima parte de iur. confirm. cap. 31. numero 25. contra Menoch & alios, & hæc nostra sententia est communis, & vera, & communiter practicatur.

2 Cum igitur sit validum mero iure matrimonij celebratum coram parcho, & testibus si aliud legitimum impedimentum non obstat: dubitamus in presenti, an filij nati ex eo matrimonio sint legitimi, nec ne? obstant eis solum clandestinitate omiffarum denunciationum, & sic quod non fuerit celebratum in facie Ecclesiæ.

In hac questione partem affirmatiuam, quod sint legitimi tales filij, dicit esse probabilem Petr. de Ledesma de matrim. q. 43. art. 5. conclus. 1. §. est tamen dubium, in vers. 2. dicendum, fol. 183. huiusmodi namque matrim. proprie loquendo, & in rigore, non est

clandestinum, sed verum: quando enim illicite omiffæ sunt denunciations, dici non potest matrimonij clandestinum, siquidem presente parcho, & testibus sit, vt præcipit Concil. Trid. in verbis supra relatis.

Erta, quod hoc matrim. non sit clandestinum, 3; tenent præter ipsam Ledesma. Magister Palatio in quarto distinctione 28. disputatione 3. in vers. quid, quod iam nullum, Candel. au. 7. sacrament. prima parte de matrim. num. 243. Lud. Lopez in 2. parte sui instrutor. conffcient. de matrimonio, cap. 39. §. quæst. autem illam, & cap. 44. ad fin. ante solus, ad primum, Barbol. in l. 1. §. par. 26. num. 39. ff. solus. matrim. idem Ledesma, d. q. 43. art. 5. §. huiusmodi difficultas est, & alij plures idem voluerunt relati a Thom. Sanch. lib. 3. de matrimonio, disput. 1. n. 6. ergo filij nati ex huiusmodi matrimonio vero, & valido, licet omiffæ fuerint denunciations, non sunt illegitimi, sed potius legitimi, vt censet Petr. de Ledesma. in primo loco supra citato.

Sed contrarium expresse tenet, & probat Thom. Sanch. d. lib. 3. de matrim. disput. 42. num. 6. dicens minus bene affirmasse Ledesma. vbi supra, hanc prænam illegitimitatis non habere locum, vbi matrim. celebraretur coram parcho, & testibus, non præmissis denunciationibus, sibi namque non placet, hos filios censeri legitimos, sed quod in his habebit locum poena illa illegitimitatis, quia hoc matrim. est clandestinum ex text. in cap. cum in hibito, §. si quis vero, de clandest. dispensatione, & l. 1. tit. 3. part. 4. ibi, ea para no ser el matrimonio hecho encubiertamente, ha menester, que ante que los dispofe, diga el Clerigo en la Iglesia ante todos como tal hombre se quiere casar. & probauimus late alios allegando lib. 2. præd. quæst. 4. num. 9. ad fin. cum sequentibus, & plures citans contra priores idem Thom. Sanch. d. lib. 3. disput. 1. num. 7.

Ergo proculdubio in hoc articulo circa legitimationem filiorum ex præd. matrim. de quo agimus, nunc cenfeo priorem opin. Petri Ledesma. primo loco citati veriore, & tenendam omnino esse tam in stricta iuris disputatione, quam in praxi, neapem filios natos ex matrimonio coram parcho, & testibus celebrato absque tamen denunciationibus, siue dicamus illud clandestinum, siue non esse legitimos, dummodo, vt supponimus, fuerit validum, & verum, quia non aduult legitimum impedimentum illud dirimens, secus alias, ex text. in d. cap. cum in hibito, §. si quis vero alleg. pro contraria parte: text. namque ille expresse loquitur, quando matrim. fuit inuaidum ob impedimentum ignoratum a parentibus, vt nuncupatim affirmat idemmet Thomas Sanchez d. lib. 3. disput. 44. num. 2. ibi, nec caput finale, §. si quis, &c. similiter Decretum Concilij Trid. sessione 24. cap. 5. de matrim. quod pro se prius citauerat Thom. Sanchez disput. 42. num. 6. loquitur etiam in contrahentibus matrimonij, in gradibus prohibitis, vt patet ex eius verbis, ibi: Si quis intra gradus prohibitos scilicet matrimonij, contrahere præsumpserit: & ibi: quod si ignoranter id fecerit, &c. Idemque est, & intelligi debet eadem ratione in quocunque alio impedimento dirimenti, vt recte cenluit ibidem Sanchez numero 7.

Secunda & præcipue hæc nostra, & tenenda sententia a fortiori probatur in cap. rami a 6. in ordm. qui fil. sint legu. Tanta est vis matrimonij (inquit text.) vt, qui antea sunt geniti post contractum matrimonij legitimi habeantur, cui consonat l. 1. ad fin. titulo 13. partia quarta: si enim hæc est vis matrimonij, vt post ipsum contractum filij antea geniti legitimentur, a fortiori idem erit dicendum in filiis natis ex eodem matrimonio valido, & vero coram parcho, & testibus celebrato, quamuis deficiant denunciations.

CAPITVLVM LXXIV.

nunciations, hæc siquidem omiffæ matrimonij ipsum coram parcho, & testibus celebratum non vitiant vt probauimus.

Quod argumentum magis astringitur considerando ex duplici vel triplici causa legitimitatem filiorum in illo text. contingere posse.

Primo, aut ex virtute, & valore ipsius matrimonij. Secundo, aut ex iure Canonico, id indulgenti matrimonio, Tertio, aut ex beneficio à iure introducto ob tacitum contrahentium consensum, quasi præsumatur ab initio cum liberis habuerunt, eundem affectum contrahendi matrimonij habuisse.

4 Si ex virtute, & valore matrimonij legitimitas filiorum prouenit in specie d. cap. 1. antea cum simit. qui filij sint legitimi, vt sonant verba illius text. prout notant ibi communiter DD. & Palat. Rub. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vx. notab. 3. §. 20. numero 17. Mantie, de conceff. vltim. volum. lib. 11. tit. 12. numero 7. l. 1. ad fin. titulo 13. partia 4. & ibi Greg. Lop. ea vis, & valor matrimonij reperitur in matrimonio clandestino celebrato coram parcho, & testibus absque denunciationibus, cum sit verum matrimonij.

5 Si prouenit ex iure Pontificio, vt docent Parisius consil. 13. num. 33. & consil. 15. num. 1. volum. 2. D. Couar. de sponsal. 2. parte cap. 8. §. 2. num. 18. Mantie. vbi supra, num. 1. & Enriquez lib. 13. de excommunic. cap. vlt. numero 5. & tunc cum Ius Pontificum vniuersaliter id concedat vero matrimonio: non est cur matrimonio clandestino, vero tamen, id denegetur, quod si dicas eam legitimitatem concessam fuisse filijs ex beneficio à iure introducto ob tacitum contrahentium consensum, de quo supra.

6 Si tertio modo, vt affirmat Decif. Pedemont. 154. numero 4. eadem prorsus præsumptio concurret, imo euidens in matrimonio. clandestino vero, & valido, ergo filij nati ex hoc matrimonio legitimi sunt omnino.

Quare idemmet Thom. Sanch. d. lib. 3. disputatione 42. numero 8. mutauit suam priorem sententiam contrariam, & hanc affirmatiuam tenet, & probat dum infert, non esse audiendum M. Anton. in coroua consil. secunda parte de sacramento ordm. titulo de suscipiendis ordinem num. 16. dicentem filios natos ex matrimonio clandestino valido, aut celebrato, non præmissis denunciationibus, esse illegitimos, quia id, inquit Thom. Sanchez nullo iure probatur, & quia ea poena solum imponitur in d. cap. cum in hibito. §. si quis vero de clandest. dispens. quando id matrimonium fuit inuaidum ob ignoratum impedimentum, & refert glossam in cap. quod nobis in fin. qui fil. sint legitimi, & communiter DD. ibi, & alios alibi hanc opin. expresse tenentes; quinimo eandem sequitur, & latissime ex proposito in terminis comprobatur cum aliis contra aliosdem Thom. Sanch. d. lib. 3. de matrim. disputatione 44. per totam: & ita est tenendum, vt prædict. filij nati ex matrimonio clandestino, vero, & valido sint legitimi quoad omnia, etiam si denunciations non præcesserint. celebratum tamen fuit coram parcho, & testibus iuxta formam Concilij, ibi, qui aliter quam presente parcho, &c.

An filij incestuosi suscepti sub tractatu matrimonij contrahendi cum dispensatione Papa obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide utriusque parentis, legitimentur quo ad temporalia, & successione maioratus extra terras Ecclesiæ per subsequens matrimonij, postea de nouo celebratum dispensatione Papa habente clausulam huiusmodi: prolem susceptam, si qua forte sit, & suscipiendam legitimum decernendum declaramus?

SVM MARIVM.

1 Filij incestuosi suscepti sub tractatu matrimonij contrahendi cum dispensatione Papa obtinenda, vel forte de facto iam contracti mala fide utriusque parentis an legitimentur, quo ad temporalia, & successione maioratus extra terras Ecclesiæ per subsequens matrimonij, postea de nouo celebratum dispensatione Papa, cum clausula de qua hic, & per totum caput, præcipue num. 13. & 19. cum sequentibus.

2 Legitimitas proles facta per Papam inter consanguineos vel affines, inter quos dispensat ad contrahendum matrimonium, cessat & locum non habet, si ipsam matrimonium secum non fuerit.

3 Proles effectus legitima ex matrimonio nullo sequatur dispensatione Papa, quous in ea vultur Summus Pontifex verbo legitimationis proles secum fuerit, vt verbo dispensationis.

4 Papa circa ea qua sunt de iure positivo habet potestatem illa reuocandi ex tunc, id est retro, idem est in legitimatione Papa etiam quoad honores seculares, vt in num. 5.

5 Papa potest tollere constitutionem iuris posterioris quoad effectum præteritum, & num. 7.

6 Papa potest legitimare aliquem quoad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam: secum respectu iuris iam alij acquisiti ex hereditate alterius, vt in num. 9. & 10.

7 Papa dispensans in radice matrimonij potest legitimare filios spurios antea natos, sciendo clausula prolem susceptam, &c. Et quando dicatur dispensare ad radicem matrimonij, num. 20. & quando non, num. 22. & 23. & 33.

8 Filius ex cotu damnato, & nefario natus si rescripto Principi legitimetur, an absolute, & per omnium legitimum efficiatur?

9 Filius legitimatus per subsequens matrimonium an succedat in maioratu, in quo vocati sunt specifice filij nati ex legitimo matrimonio, & non alius.

10 Filius legitimatus ex Principi rescripto in amplissima forma, an excludat alios consanguineos vocatos ad successione quorumcumque bonorum.

11 Filius legitimatus substitutum excludit.

12 Legitimatui nihil differunt a legitimis.

13 Legitimatui est vere legitimus, & non secundum fictionem.

14 Legitimatui proles operatur quoad spiritualia, non quoad temporalia, & latius hic declaratur.

15 Legitimatui filiorum duplex est, vt hic.

16 Legitimatui filiorum a Principe facta ad hoc ut sufficiens sit, debet fieri Principi mentio defectum præcedentis, & numero 32.

17 Legitimatui filiorum, vel dispensatio a Papa facta non est extendenda in præiudicium tertij, nec successorum, nisi expresse hoc cauerit Princeps, vt in n. 32.

18 Filius legitimatus non comprehenditur sub vocatione filiorum legitimorum, & num. 28.

29 Legitimationes filiorum simpliciter facte tantum intelliguntur iure facte quoad successionem. & hereditatem parentum eam petentium, non vero quo ad maioratum successionem, antea & per antecessores instituit, & numero 30.

31 Filii successores precipue data mala fide utriusque parentis non legitimantur per subsequens matrimonium ex dispensatione Pontifici celebratum, nec admittuntur ad successionem maioratus, ad quam vocantur legitimi, & a fortiori succedunt legitimis, & naturalibus, de legitimo matrimonio nati.

Casus hic his diebus contigit in his Hispaniarum Regnis, de quo fui consultus, inter duos nobiles, in secundo consanguinitatis gradu constitutos: dubitatum namque fuit, an præd. filii incestuosi, ante matrimonium verum, & ratum celebratum suscepti in præmissa specie, fuerint effecti legitimi in omnibus, ac proinde possint, & debeant excludere proximorem consanguineum à successione maioratus, in quo vocati sunt legitimi, & de legitimo matrimonio nati.

Et videtur dicendum prolem susceptam legitimam fuisse etiam, quoad temporalia ac proinde successibile in præd. maioratu & proximorem consanguineum exclusisse ab eo, ex sequentibus. Primo ex præd. clausula dispensationis: prolem susceptam, &c. quæ non inducit dispensationem, sed legitimationem eiusque declarationem, eo ipso quod datur licentia contrahendi matrimonium, libere, & licite sublatum impedimento, hæc enim est vis matrimonij subleuati efficiendi legitimam prolem antea susceptam declarante hoc Papa in ipsa dispensatione impedimenti, cuius specialis declaratio, siue decretum idem operatur, quod ius commune per matrimonium, subsequens circa filios naturales, per text. in c. tanta, qui fil. sint legit. sicut enim de hac iuris communis legitimitate dubitari non potest, cum sit Papæ, cuius est iudicare qui filij sint legitimi etiam quoad successiones bonorum, ita nec etiam declaratione ipsius Papæ, quam facit legitimando prolem susceptam, vel suscipiendam in specie de qua agimus, liquidem eam quoque facit ex vi matrimonij subsequenti virtute præfate dispensationis, quod postea celebrari debet cum effectu, quamvis hæc legitimitas respiciat retro, sicut illa de qua in d. tanta; utraque namque est declaratio Papæ. Summus namque Pontifex, qui prius induxit id impedimentum, potuit postea tollere in particulari, prout id fuit in cuius consequentiam potuit iure optimo declarare prolem susceptam, & suscipiendam legitimam ex vi subsequenti matrimonij, & ita utramque æquiparat in præfata clausula: ergo sicut de prole suscipienda post contractum matrimonium inter dispensatos nulla est dubitatio, quin sit legitima, ita & eodem modo de iam suscepta declarante hoc ipso Papa nuncupatione eiusdem verbis ac eadem oratione, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia pariformiter debet in vnoquoque determinari, tam hoc iure, & ibi DD. ff. de vulg. & pupill. cum similibus.

Et confirmatur, quia quicquid potest iuste fieri per Canonem humanum, potest fieri per Papam, cum ipse sit pater, & Author Canonum. cap. 1. de consuet. cap. si Romanorum 19. distinctione, imo etiam Canonibus viui, iuxta text. in cap. ipsi sunt Canonibus 9. questione 3. ubi glossa vnica ait. Summos Pontifices esse Canones animatos, sicut & Imperator est lex animata in terris, §. fin. in ant. de consuet. collatione 4. ut verumque tradit Nauar. consil. 2. num. 6. qui filij sint legit. l. 4. consil. in 2. editione.

2 Ex quibus probanda venit sententia Thom. Sanchez lib. 8. de matrim. titulo de dispensationibus, disputatio

ne 7. numero 15. credentis, quod si facta dispensatione, & legitimatione proles suscepta parentis penitentia ducti non inirent matrimonium, eam prolem susceptam nullatenus fore legitimam, quia in fauorem matrimonij inter parentes nullatenus concessit Pontifex eam legitimationem, proli inuendi concessurus, nulla enim alia ratio iustam hanc legitimationem reddens occurrit: ergo ea legitimitas facta per Ordinarium, vel confessorum pendet à matrimonio postea inuendo: eoque non inito cessat, quasi cessante causa: hæc enim illi: matrimonio ergo contracto, & inito virtute d. dispensationis sit legitima proles antea suscepta in nostra specie, sicque legitimitas præd. pendet à matrimonio postea cum effectu subsequente.

Secundum principale huius partis affirmatiuæ adducitur fundamentum, quia quoties impedimentum matrimonij est de iure positiuo, hoc est Canonico, & proles fuit suscepta ex coitu matrimoniali, licet matrim. de iure non tenuerit, si Papa vltus fuit verbo legitimationis, & non dispensationis, proles efficitur legitima, quoad utrumque forum, quia potest tollere impedimentum inducitur per Canonem, & sic remanet matrimonium, validum, & præterquam, si impedimentum esset iuris Diuini, ita Ioan. Andr. & Abb. in cap. per venerabilem, n. 21. & ibi eius Additio, alios allegat, qui fil. sint legit., & Cardin. ibi num. 9. vbi quod quoad omnes actus iuris positiuus potest Papa dispensare à tempore natiuitatis, & sic retro, sequitur Syllu. in Summa verb. legitimus, n. 12. versic. 5. ibi, sed verius, & alios allegans Celsus consil. 31. num. 7.

Tertium est ex doctrina Card. in Clementina vnic. 4. col. 1. in vers. 9. quæro, post glossam de consuet. & assuet. & melius in Clementina 1. col. 1. vers. 7. nota casum singularem, vbi etiam notant Abb. & Ioan. de Imol. post gloss. de immuni. Eccles. prout eos refert, & sequitur Celsus d. consil. 31. num. 10. vbi concludunt, quod Papa circa ea quæ sunt de iure positiuo, habet potestatem illa reuocandi ex tunc, id est retro.

Et ex hoc inferunt, quod illegitimus possit legitimari per Papam, sic, vt habeatur pro legitimo ex tunc, id est retro, etiam quoad honores seculares, prout notant Arc. & Abb. in d. cap. per venerabilem, vers. ego pro concordia dicerem, &c. vbi in summa concludit, quod vbi Papa simpliciter legitimat matrimonium, tunc præcedens proles non censetur esse legitima: secus tamen, quando legitimat, vt ex tunc, id est, ac si à principio fuisset legitime contractum.

Tanta enim est potestas Papæ quoad effectum iuris positiuum, quod possit tollere constitutionem etiam, quoad effectus præteritos, adeo, quod excommunicatus vigore d. Clementine vnic. non indigebit absolute, vt tenent ibidem Anc. Ioan. de Imol. & alij in d. Clement. 1. in vers. gloss. pro infectis, vbi etiam Card. prima oppos. concludit, quod Papa possit non solum ea, quæ facta sunt, habere pro infectis, quoad effectum, sed etiam non factum haberi pro facto, & præd. gloss. in d. Clement. 1. vers. pro infectis, vbi etiam Card. prima oppos. concludit, quod Papa possit non solum ea, quæ facta sunt, habere pro infectis, quoad effectum, sed etiam non factum haberi pro facto, & præd. gloss. in d. Clement. 1. vers. pro infectis, dum tenet, tantam esse plenitudinem potestatis Papæ, quod potest reuocare omnes ill. à se, vel prædecessoribus suis latis cum omnibus effectibus ab eis productis, ita vt censentur reuocata à tempore, quo facta fuerunt: dicit esse receptam communiter Nauar. d. consil. 2. num. 9. qui fil. sint legit. lib. 4. consil. fol. mibi 20. col. 2. quod iterum probat ibi num. 13. vers. quæro, quibus duobus locis inquit legem, quæ inducit impedimentum in quarto consanguinitatis gradu esse latam per Papas, non vero per l. naturalem nec diuinam, & Papam posse reuocare illam cum suis effectibus, ita, vt censetur reuocata non tantum ex nunc, sed & ex tunc, à tempore scilicet, quo fuit lata, licet non fuerit facta ab ipso,

ipso sed à prædecessoribus suis, & ibi nuncupatione loquitur quoad legitimitatem indendam, de qua agimus, & alios allegans Thom. Sanch. d. lib. 8. disp. 7. num. 4. vbi eam latissime probat dicta esse receptissimam, ac verisimilem sententiam plurimos citans eam tenentes, nempe dispensando Papa in radice matrimonij irriti, contra nonnullos tenentes contrarium relatos per ipsum ibi, num. 3. & tandem inquit in fin. d. num. 4. quod illis diebus in Prætorio Granaten. sententia hæc receptissima definita fuit.

8 Quartum hæc pars sulcitur ex traditis per Syluest. vbi supra in Summa verb. legitimus, num. 7. vers. quadam vero, vbi in terminis d. cap. per venerabilem, inquit, certum esse Papam legitimitate posse ad omnem ordinem, beneficium, & dignitatem Ecclesiasticam, cum hoc nihil sit aliud, quàm impedimentum iuris Canonici amouere, & ad omnes actus seculares, & spirituales, & ad successionem hereditariam in terra sibi subiecta, si sit illegitimus iure positiuo, quia omne tale potest remouere, non faciendo quod legitimus sit natus legitime, sed faciendo quod à successione non repellatur ratione illegitimitatis, quia secundum Petr. de Palud. Ecclesia cuius est iudicare, an sit legitimus etiam ad successionem, potest eum facere haberi pro legitimo, & in terris sibi temporaliter non subiectis legitimitate potest non solum quantum ad successionem respectu iuris querendi, puta viuentis patris, quando constat de mente Papæ experimentis, quasi ad successionem, quia hoc spectat ad ius positiuum respectu vero iuris quæriti, quia legitimitas post mortem patris, iam quaerit alio iure in hereditate paterna aliud esse rectissime probat, quia oblat non solum ius positiuum dicens tunc non debere succedere, sed etiam naturale, dicens, rem iuste quaesitam, sine culpa, & facta suo perdi non debere, vnde Papa facere non potest, nisi sit dominus temporalium in casu, in quo Princeps potest, secundum Anchar. & Petr. de Palud. quos ad hoc refert, & sequitur Syluest. vbi supra, num. 9. dicens hanc esse veritatem.

9 Et quamuis in hoc de legitimatione post mortem alterius ex coniugibus contrarium probent, nempe posse fieri à Papa in radice matrimonij irriti præcedentis, Anchar. consil. 209. numero 6. Boer. decis. 264. numero 26. Iacob de Puteo decis. 483. numero 2. lib. 2. Angel. verbo Papa, numero 4. & ibi Syluest. in fin. Molina lib. 3. de iur. primogen. cap. 2. numero 12. in fin. & late Nauar. d. consil. secundo qui filij sint legit. per totum, lib. 4. consil. in 2. editione. Peregrin. de fideicom. §. articulo 24. in fin. Sayro in Tresaur. casuum tom. 1. lib. 8. cap. 11. numero sexto, quos pro hac parte refert Thom. Sauch. d. lib. 8. de matrim. numero 5. nihilominus secundum ipsam ibi, non caret difficultate, si cedat in tertij præiudicium, eo quod sit auferenda hereditas parentum illius proli agnatis, vel alij filij qui in eam successerant possessionem que eius apprehenderant, & tandem inquit, & resoluit dupliciter hanc dispensationem posse à Pontifice concedi, primo ex voluntate parentis, cui succeditur, qui adhuc superstes petit, aut iusti peti sic dispensationem expediri, & tunc possit à Pontifice concedi, non obstante eo præiudicio, secundum Iacob. de Pat. & Peregr. vbi supra, alios allegantem. Secundo, quando is parentis consensus non præcessit, & tunc inquit Sanch. est multo maius dubium, in quo Iacob. Put. vbi supra id negat. Sed melius id concedit Peregr. cum Anchar. qui hoc expresse tenet. Sed nihilominus ipsemet Sanch. in hoc euentu credit noluisse Pontificem iuri aliorum acquisito derogare, nisi ex certa scientia hoc fecisse, quia in dubio clausula in scriptis Principum apposita intelligitur sine tertij præiudicio, vt in l. 1. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. publico.

Ego vero salua censura Sanctæ matris Ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ, cui in omnibus me subijcio, verius esse credo fieri non posse præd. legitimationem matrimonij post mortem utriusque, vel alterius coniugum in præiudicium iuris iam tertio acquisiti, tum ex supradictis, tum etiam quia additio noua Nauar. ad fin. d. consil. 2. qui fil. sint legitimi, inquit notandum, Gregorium mense Nouemb. 1584. negasse peritam hanc dispensationem, ac addidisse non posse. Superest igitur ex supradictis in hoc a. fundamentum Papam posse legitimitate, & approbare matrimonij irritum de iure positiuo ei derogando ex tunc cum effectibus suis etiam, quoad successionem bonorum respectu iuris querendi, puta viuentis patris, quando constat de mente Papæ hoc experimentis: quod facit pro hac parte affirmatiua, quam nunc fundare nitimur: & tandem idem Syluest. vbi supra num. 12. versic. 5. inquit, quod secundum Ioan. And. & Panormit. in d. cap. per venerabilem, legitimando Papa matrimonium ex tunc erunt filij legitimi per omnia, modo proles fuerit generata ex coitu matrimoniali saltem esse dicit, licet iure positiuo non tenuerit.

Et inquit Nauar. in consilio primo, qui fil. sint legitimi, numero 1. lib. 4. consil. in secunda editione, communiter teneri ab omnibus, quod dispensando Papa in radice matrimonij, id est, tollendo impedimentum, quo impediuntur, contrahere poterit per quendam consequentiam, legitimitate etiam filios ipsius antea natos, & loquitur ibi Nauar. in dispensatione, cum clausula prolem susceptam, vel suscipiendam legitimitate reputantes.

Quintum fundamentum huius partis est ex traditis per Andr. Fachin. lib. tertio controuer. iur. cap. 37. per totum in ea questione, an filius ex coitu damnato, & nefario natus, si rescripto Principis legitimitate absoluit, & per omnia legitimus efficiatur, ac sic, vtrum si dispensatio, an autem vera legitimitas, & pluribus fundamentis, & Authoribus pro vtraque parte relatis censet affirmatiuam sententiam veriorē esse, scilicet, esse veram legitimationem, non autem dispensationem: ergo idem à fortiori videtur, dicendum in dispensatione Papæ in radice matrimonij facta cum declaratione, vel decreto legitimationis proli antea susceptæ.

Sexto hanc partem videntur tenere in fortioribus terminis Vincent. & Abb. in d. cap. tantum 14. in versic. Idem dicit Vincentius, cuius hæc sunt verba: idem dicit Vincent. in natis ex coitu incestuoso, licet postmodum contrahant matrimonium per dispensationem Ecclesiæ, non tamen filij antea geniti legitimitate, quia tunc non poterat esse matrimonium, obstante impedimento affinitatis, vel consanguinitatis: nisi aliud dicatur in dispensatione: nota exceptionem, nisi aliud dicatur in dispensatione: ergo cum adijcitur clausula, in dispensatione, prolem ante susceptam, si qua forte sit, & suscipienda, legitima decernendo, vel esse declaramus, licet matrimonium de facto non præcellerit, hoc sufficit ad legitimationem d. proli. Idem tenet, & probat Cardin. in d. cap. tantum, in fine, vbi inquit: Pone, aliquis ex consanguinea suscepit filium, deinde dispensatur, & contrahit cum ea, an legitimetur: dic quod non vi huic cap. sed dispensatio potest esse talis quod sic: igitur attende ad formam infra de primis cap. porro, & cap. recipimus: ergo cum in dispensatione, de qua agimus, declaretur legitima proles forsitan suscepta, & suscipienda, erit prorsus legitima, quod etiam sententiis, & tenent alij DD. vt testatur Covar. vbi supra, & Boer. allegans alios decis. 264. num. 25. in versic. quod filij ante nati: ibi: nisi coniuges hoc ignorassent, vel nisi (vt inquit Cyn. ibi) facta fuisset mentio de ipsi liberis: idem sequitur in terminis Ant. de Rosel. in tractat. de legitimo, lib. 1. cap. 2. de causa matrimonij legitimi, num. 29.

Idem tenent, & probat Cardin. in d. cap. tantum, in fine, vbi inquit: Pone, aliquis ex consanguinea suscepit filium, deinde dispensatur, & contrahit cum ea, an legitimetur: dic quod non vi huic cap. sed dispensatio potest esse talis quod sic: igitur attende ad formam infra de primis cap. porro, & cap. recipimus: ergo cum in dispensatione, de qua agimus, declaretur legitima proles forsitan suscepta, & suscipienda, erit prorsus legitima, quod etiam sententiis, & tenent alij DD. vt testatur Covar. vbi supra, & Boer. allegans alios decis. 264. num. 25. in versic. quod filij ante nati: ibi: nisi coniuges hoc ignorassent, vel nisi (vt inquit Cyn. ibi) facta fuisset mentio de ipsi liberis: idem sequitur in terminis Ant. de Rosel. in tractat. de legitimo, lib. 1. cap. 2. de causa matrimonij legitimi, num. 29.

ibi nisi dispensando, & de prole provideret, volum. 6. tract. in antiquis, folio 266, & idem ibidem, C. de matrim. putat numero 2. & 3. cum sequitur in uquo ad fin. folio 272. ubi in fortiori casu inquit esse communem opin. Modernorum, quod nati, vel concepti in clandestinatione, sequuta demum approbatione in facie Ecclesie legitimum, etiam sequuta postea dete- ctione impedimenti: tandem in fine illius cap. in- quit, quod isti filij idem habent, quod legitimi per yerum matrimonium, eandem priorem opin. tenet idem Ant. Rosel. lib. 2. in princip. num. 22. folio 273. & Ludou. de Sard. in tractat. natura. lib. cap. de legit. per verum matr. numero 16. volumine 6. folio 256. nempe data ignorantia impedimenti.

24 Et tenendo hanc partem non obstat, quod funda- tor maioratus vocet tantum ad eius successio- nem filios legitimos natos ex legitimo matrimo- nio, & non alias: quoniam, et si hac specie adfit diuersa Doctorum opinionem, verior tamen, & magis communis sententia, & in praxi obseruata habet, quod filius legitimus per subsequens matrim. dicatur natus ex matrimonio legitimo ad præd. effe- ctum succedendi in maioratu, vt late cum communi opinione aduersus Bald. & alios resoluit in terminis D. Couar. in quarto, secundæ part. cap. 8. §. 2. numero 30. dicens Bald. opin. contrariam procedere posse in filio legitimo per rescriptum Principis: eandem affirmatiuam sententiam veram atque communem videtur testatur D. Molin. de Hisp. primogen. lib. 3. cap. 1. numero decimo. ubi plures eam sequentes refert di- cens, quod secundum eam non semel pronuncia- tum vidit, sequitur etiam eam Greg. Lop. in l. 1. in glof. se casu cum ella. in vers. nota etiam, titulo 13. partita 4. ubi dicit, se latius dixisse in l. 2. tit. 15. partita 2. hanc etiam dicit esse magis communem, veram, & quam fauorabilem, & obseruatam opin. & tenendam, & sequendam à viris, & timoratis iudicibus, Causal. ter- tia parte, decif. 32. aliis 106. numero 12. pagina mibi 118. qui à numero 3. cum sequentibus plures auctores addu- xerat, & sequendam iudicat, & communem plures allegans contra alteram Grassius de success. §. fideicom- missum, quæstione 38. numero 5. eandem sequitur Mo- lin. Theolog. primo tom. de Iust. & Iur. disputatione 172. lita. B. col. 974.

Sed quamuis, de quo agimus, hoc est proles sus- cepta aut matrimonium in præmissa quæstione, non sit filius naturalis, sed incestuosus, attamen per subsequens matrimon. virtute dispensationis Papæ ad contrahendum concessa non obstante consanguini- tatis, vel affinitatis impedimento infra 4. gradum existente cum præfata clausula Pontificis, prolem suscepiam, &c. eadem ratione videtur dicendum, quod succedat in præd. maioratu ex supradictis in- secundo, & tertio fundamentis: præcipue cum funda- tor maioratus non excluderet ab eius successione legitimos per subsequens matrim. vt potuerunt, in his Regnis Castellæ in maioratu de suprad. institu- to, vt conueniunt omnes, secundum Molin. Theo- log. d. disputatione 172. col. 974. versic. licet. ibi, vnde si quis.

25 Et comprobatur, quia legitimatus per Principem habentem auctoritatem, & potestatem in amplissi- ma forma cum verbis illis prægnantibus, ac si legiti- mus, & de legitimo aut carnali matrimonio natus esset, aut quoad omnia, & in omnibus, & per omnia, aut ad secunda, fideicommissa, & bona emphyreuti- ca, ac alia quæcumque bona possit succedere, ac si vere ac legitime natus esset, potest succedere, & excludere substitutum à dictis bonis, non obstantibus aliis agnatis in spe velata existentibus, secundum veram, & magis communem opin. Doctorum ita obseruata, vt latissime consuluo Laur. de Pinu.

confil. 33. chart. 63. Paul. Pic. confil. 24. Socin. Senior con- fil. 63. numero 20. cum sequenti, volumine 3. & Rota Ro- man. Seraph. decif. 368. numero 12. & 13. in prima parte, chart. 122. ubi & in fortiori casu dicit, alias Rotam iudicasse, & iudicauit Hippolyt. Bonacoia inter can- filia Romuald. Sen. confil. 775. volumine 4. chart. 206. ubi ostendit esse pronunciatum ad fauorem illorum de Campegio, numero 84. & in fine dicit esse communio- rem, & quoniam benigniorem, & Cherat. Maz- zol. confil. 117. & ad fauorem illorum de Bonacois etiam fuisse iudicatum, quando salicet est legitima- tus quoad omnia, & in ampla forma, alias fecus fen- tit Curt. Senior. confil. 73. super memorato. chart. 186. per tot. & numero 16. & seqq. cum aliis, & præsertim Laur. de Pinu. ubi supra, numero 60. vt omnia hæc re- fert, & sequitur Causal. d. decif. 32. num. 11. in tertia parte. chart. mibi 1183. idem voluit Anton. Gal. Mal- ual. confil. 30. num. 6. volumine 1. & confil. 18. num. 42. eodem volum. & sequuntur plurimi, quos congerit, & sequitur Peregrin. de fideicommissi. art. 23. num. 88. folio 219. columna 1. cum sequenti: de quo late agit in- vtramque partem Ant. Gam. decifione 278. per totum, & eius Additio. distinctus ad decif. 279. per totum, & optime Molin. d. Iust. & Iur. primo tom. disputatione 174. columna 1002. cum sequentibus.

Præterea legitimatus substitutum excludit ex 16 communi omnium Scidentium sententia, quam re- fert D. Molin. lib. 3. de Hisp. primogen. cap. 3. numero 2. Malual. confil. 18. numero 35. & 37.

Legitimatus namque nihil differunt à legitimis, 17 tex. in auct. quibus mod. natur. effie legit. §. si igitur licen- tia, & in auct. quibus mod. natur. effie legit. §. & quoniam varie, & iterum ibi, si quis ergo filios legitimos non habens, collatione 4. cum simi. l. 4. titulo 15. partita 4. ubi in dendo adelante legitimos, probat D. Molin. ubi supra, numero 1.

Et legitimatus est vere legitimus, eandemque le- 18 gitimitatem habet, quam legitimus, & non secundum fictionem Bart. in l. si is, qui pro emptore, num. 29. ff. de usufructu. est communis sententia, vt resoluimus in reper. §. si. numero 165. in str. de hered. qual. & differ- rentia. & in l. nemo potest, numero 33. ff. de legat. 1. & præd. opin. quod legitimatus vt sint legitimi, & ex lo- gitimo matrimonio nati, excludat substitutum, tes- tatur communem plures referens, eamque late pro- bans Tyber. Decian. confil. 88. numero 1. cum sequentibus, volumine 2.

His tamen non obstantibus (salua in omnibus 19 censura, & correctione Sacrosanctæ nostræ matris Ecclesie, cui omnino me subijcio) contrarium in præmissa quæstione matrimonij irritæ scienter de- facto contracti sequuta postea dispensatione Papæ de dicto impedimento irritantis, ad contrahendum de nouo matrim. illudque in facie Ecclesie solennizare, & in eo postmodum permanere cum præd. clausula, prolem suscepiam si qua sit, & suscipien- dam exinde legitimam decernendo, imo quod proles antea suscepta in specie, & casu de quo agimus, non excludat à successione fideicommissi, vel maioratus cæteros agnatos legitimos à fundatore vo- caros ad præd. successione, verus de iure, & tenen- dum in praxi cenfeo, & sic quod præd. vocati, & substituti, & eorum proximior legitimus, & natura- lis sint præferendi præfato filio legitimo.

Primo, quia ad hoc, vt ista proles suscepta ante 20 præd. dispensationem, esset omnino legitima, & præd. substitutos excluderet, eisque præferretur, in successione fideicommissi, vinculi, & maioratus, nec- cessarium erat, quod Papæ dispensatio fuisset ad rad- icem matrimonij, nempe quando Pontifex legiti- matum matrim. & prolem, tunc namq. censetur dispen- satum in radice matrimonij, & consequenter plenissi- mam

simam esse quoad omnia legitimatorem, quia hoc nihil aliud sonat, quam id matrimonium ratum ha- bere, & approbare, quasi ab initio absque aliquo im- pedimento esset contractum, eo modo, quo subest Pontificiæ potestati, cuius est approbare retrotracta dispensatione ad sui initium, & radicem, ita tenent Ioan. And. in d. cap. per venerabilem, numero 30. qui sil- foni legit. & ibi Anchar. numero 21. Cardin. quæstione 9. idem consilio 409. numero quinto. Mart. Laud. de legi. articulo 2. numero 85. D. Couar. in quarto Decret. 2. parte cap. 8. §. 8. numero 13. Cell. consilio 31. num. 7. Molin. de Hisp. primogen. lib. 3. cap. 2. numero 12. in fin. dum se remittit ad Cellam ubi supra, dicens, quod hoc melius omnibus declarat: sequitur etiam Peregrin. de fideicommissi, articulo 24. numero 77. Ludouic. Lopez in secunda parte Instructor. ubi de matrimonio, cap. vltimo. columna 2. conclusiones 3. & hanc dicit veritorem Thom. Sanchez dispat. 7. num. 28.

Sed in dispensatione de qua supra non legitima- tur, nec approbatur prius matrimon. de facto con- tractum, imo improbatum, siquidem dispensatur im- pedimento secundi gradus consanguinitatis dirimens existens inter eos, & sibi conceditur, vt pos- sint inter se illud seruata forma Concilij Trident. de nouo contrahere, & in facie Ecclesie solennizare, & in eo postmodum permanere similiter libere, & licite valeant: ergo et si proles antea suscepta legitima simpliciter de cetero præcipitur, hoc non est in radi- ce matrimonij, nec prout ex tunc: sed alias, ac proinde legitima non efficitur à sui natiuitate, nec est sus- cepta de legitimo matrimonio: siquidem ipsum, de facto contractum non fuit legitimatum à Papa: quo fit, vt neque per matrim. validum legitime sub- sequutum efficitur legitima proles antea suscepta, quia erat incestuosa, & suscepta ex damnato, & ne- fario coitu licenter commisso: imo idem esset etiam si cum ignorantia eiusdem impedimenti aliqui gene- raret filium ante matrim. qui proinde ex vitiosaque existimatione naturalis sit, & non spurius, postea vero sub lato impedimento legitime contrahant, non enim ex hoc legitimantur præd. filius, eo quod eius parentes ante matrim. legitimum rei illicitæ operata dederint clandestine contra præceptum Ec- clesie contrahendo, vt eum alius contra nonnullos bene probat D. Couar. in quarto de sponsal. secundæ par- te, cap. 8. §. 2. num. 17. ad fin. quorum sententia vera, & probabilis videtur D. Molin. lib. 3. de Hisp. primogen. ca. 1. numero 11. & Molin. Theolog. de Iustitia, & Iur. primo tom. disputatione 172. columna 973. pauca post princip. ergo à fortiori, & procul dubio hoc procedit data ma- la fide vitiosaque contrahentis, siue incestum com- mittentis, prout in nostris propriis terminis dicit ef- fe ex se notissimum, & affirmare communem opi- nionem, quam refert, & sequitur D. Molin. d. lib. 3. cap. 2. numero 10. testatur alter Molin. Theolog. lib. 3. de Iust. & Iur. disputatione 624. numero 3. in princip. columna 396. ad fin. & columna 971.

21 Inquit, quod in hac specie, quamuis Summus Pon- tifex possit legitimare prolem, vt repueretur, quasi nata fuerit legitima, quod attinet ad inhabilitates Canonicas, & id censetur facere si dicat, legitimum se efficitur matrim. illud illegitime contractum, non tamen potest, aut censetur id efficitur quoad inhabi- litates Civiles, atque adeo vt succedat in maioratu, præferaturque in ea successione filio posteriori ex eisdem parentibus legitime nato. Legitimat ergo Papæ proles antea susceptæ operabitur quoad spiri- tualia, non quoad temporalia, ex tempore concessio- nis sequuto matrimonio valido, non vero ex tem- pore prioris matrimonij irritæ contracti.

22 Nec per alteram clausulam præd. dispensationis, qua dicitur, vt possitis in vestro sic contracto ma-

trimonio postmodum remanere, &c. est dispensa- tum in radice matrimonij, nec proles legitimi videretur in radice matrimonij, sed die dispensatio- nis aufertur impedimentum, vt ab eo tempore re- nouatis consensibus, possunt licite in eo matrimo- nio male antea inito, & postmodum recte de nouo matrimonio contracto remanere, & perseverare: hocque inditant verba illa dispensationis, & in eo postmodum remanere, scilicet iuxta verba imme- diate præcedentia, in vestro sic contracto mat- rimonio: sed illud: inter vos publice seruata forma Concilij Trident. de nouo contrahere illudque in facie Ecclesie solennizare, statim namque sequuntur verba illa: & in eo postmodum remanere, atque ita hanc partem tueretur D. Couar. in quarto de spon- sal. secundæ part. cap. 8. §. 2. numero 13. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 20. numero 2. Ludouic. Lop. in secun- da parte Instructor. ubi de matrimonio, cap. vltimo, colu- mna 2. conclusiones 3. quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 8. de matrim. disputatione 7. numero 25. ubi ex eisdem Couar. & Ludouic. Lopez addit, quod et si præd. verbis addita sit clausula, vt proles legitima efficitur (vt in proposito) eam legitima- tionem non fore plenam, sed eo solo iure fore cen- sendam, quo si extra matrimonium à Pontifice fieret, & ratio est, secundum ipsum, quia verba præ- cedentia, nempe vt possitis in vestro sic contracto matrimonio remanere: nullatenus ad legitimatio- nem aliquam conferunt, cætera autem verba addita, prolem antea susceptam, &c. non legitimant pro- lem, nisi quoad spiritualia.

Secundo, & præcipue hæc pars comprobatur, 23 quia etiam si Pontifex dispensans in matrimonio ir- rito, vt denuo celebreretur, dispenseret simpliciter cum prole ex eo matrimonio nata, non censetur in ma- trimonij radice dispensare, sed tantum legitimare, eam videtur, quoad spiritualia, sicut si extra mat- rim. nata esset, quia dispensatio est stricti iuris, & ideo non est de omni legitimatone intelligenda, sed de ea, quæ iure proprio conuenit Papæ, vt Papa est, & cum aliis pluribus Authoribus tenet, & probat Thom. Sanchez ubi supra, numero 20. ubi numero 21. idem probat, etiam si Pontifex in ea specie explicat- ret, se prolem legitimam efficitur, vt non censetur in radice matrimonij dispensatio, ac per conse- quens nec legitimatio, quoad temporalia, quia non facta est in ratione matrimonij præcedentis, nec Pontifex se matrimonium legitimum explicat, sic Ant. Gam. decifione 452. numero 2. parte. 1. D. Molin. lib. 3. de primogen. cap. 2. numero 10. in fin. & numero 11. in principio, ubi in propriis terminis successiois pri- mogeniorum, & aliorum bonorum temporalium loquitur, nempe, vt non sufficiat. Couar. & Ludouic. Lopez ubi supra, idem Sanchez d. lib. 8. disputatione 37. numero 23. ubi temperat, nisi Pontifex dispensa- ret in ipsa matrimonij radice, aut esset in locis sue temporalis iurisdictionis, & exprimeret se velle etiam quoad spiritualia legitimare, & Rebus in praxi benef. titulo de rescript. legitimat. missa numero 5. & 6. folio 389.

Duplex namque est legitimatio, quædam juris 24 dispositio. Atque hæc solum fit per subsequens matrimonium, neque comparatione omnium filio- rum. Est tamen plenissima, eo quod Canonico, & Ciuili iure merito statuta sit, idque absque vlla inha- bilitatis reservatione, quæ vtrovis iure introducta sit. Alia vero est per rescriptum Principis, qui supra- jus, quo inhabilitates illegitimum introductæ sunt, potestatem habet, aut altius alterius, qui à tali Principe ad id habet facultatem, Molin. de Iust. & Iur. primo tom. disputatione 171. columna 909. & dis- putatione 173. col. 978.

25 Tertio, quia dato, sed non concessio, quod hæc dispensatio fuisse in radice matrimonij, quod negamus, ut ex ipsa apparet, adhuc erat necessarium ad hoc ut proles antea suscepta legitima efficeretur, quod Principi eius mentio ferret, ut inquit D. Coar. ubi supra, d. numero 13. in principio, & cum in hac dispensatione, hæc mentio prolis fuerit omissa, subreptitia censetur dispensatio, vel legitimatio præfata, juxta tradita per Boer. *decisione 262. numero 27. ad fin.* ubi quod subreptio causata siue ex vero tacito, quod exprimentum erat, siue ex falso expresse, ut in ipso jure privilegium, & dispensationem etiam in materia matrimoniali, ut in *cap. quod dilectio de consang. & affini.* sequitur Cellus *concilio 31. numero 21.* Menoch. *de arbit. lib. 2. c. 2. c. 2. casu 203. numero 12.* qui numero 2. loquitur in terminis legitimacionis filiorum, quia tunc qualitas ipsius natiuitatis filij exprimentum est, an scilicet sit simpliciter naturalis, vel spurius, vel incestuosus, alias legitimacionis concessio, & privilegium subreptitum redditur, ut in specie respondit Pacil. *consilio 35. numero 15. lib. 2. Rebut. in praxi benef. titulo de rescript. legitimat. mixto. numero 31. pagina 593.* Sed in specie de qua agimus nulla mentio prolis antea susceptæ facta fuit Papæ ab impetrante præd. dispensationem, & legitimacionem, ut ex ea patet: ergo, &c. Accedat quod imo Papa in hac dispensatione, & legitimacione prolis susceptæ loquitur conditionaliter, si qua sit, ut patet ex ea, ergo patet nullam mentionem eius sibi factam fuisse, nec fuisse petitam præd. legitimatio vlllo modo, sed quod ex stylo ordinario superaddita fuit clausula illa.

26 Quarto, quia etiam si hæc dispensatio, & legitimatio esset præd. vitio subreptionis, siquidem Pontifex suo motu eam concessit absque tamen radice matrimonij, non tamen concessa intelligitur, nec extendenda est in præiudicium tertij, nec successorum aliorum, hoc est ex matrimonio valido, legitimum vocatorum à fundatore, quibus est jus questum saltem in spe venientium ab intestato, ut constat ex regula Cancel. Apost. 48. quæ habet legitimacionem fieri debere sine præiudicio venientium ab intestato: quorum verborum hic est sensus, secundum receptam sententiam quamplurium DD. quos refert, & sequitur, & magis probabile existimat, And. Fa. hin. *lib. 3. controu. jur. cap. 62. in principio.* & in *versic. ego vero.* ut legitimatus non ab intestato succedat, si liberi existent, vel collaterales, vel alij conuincti vsque ad quartum gradum, imo etiam alij infinitum, neque obstat (inquit ille) si dicatur, quod hæc interpretatio recepta nullum emolumentum adferret præd. legitimatio, quoniam primo multum adferret emolumentum ob eam causam, quod filius erit successio, & aliorum bonorum capax ex testamento: deinde & secundo, quia nullis proximioribus existentibus non fit, sed ipse ad successioem vocabitur, non igitur valet legitimatio, non citato substituto, quoad illius præiudicium, quia non præsumitur Princeps jus alteri in spe questum auferre velle, *l. 2. §. merito.* & in *§. si quis à Principe. sine quid in loco publico. cap. quamuis.* & in *cap. si prole de rescript. lib. 6. cum siml.* Item, quia legitimatio est donum Principis, ideoque accipi debet sine alterius læsione, hæc autem, *de emancip. lib. & in terminis legitimacionis* ita tenet, & probat Anchar. pluribus rationibus *consil. 427.* eandemque sententiam sequuntur quamplurimi Authores, quos refert, & sequitur Marc. Ant. Peregr. *de fideicommissi. artic. 25. num. 5. versic. contra vero.* folio 216. columna 1. & iterum *numer. 62. folio 217. columna 3.* ubi quod jus in spe à jure approbata habent illi, quibus defunctus contrahendo, vel testando præiudicare nequit, veluti spes ex fidei-

commissio conditionali post mortem patris, vel ex contractu, puta feudali, aut emphyteutico, vel ex lege, aut consuetudine, veluti in jure primogeniture, aut maioratus, & iterum *numer. 63.* ubi quod hæc decisio, quæ est Ioan. And. in *cap. sine culpa. de reg. jur. in 8. in Mercurialibus.* est communiter recepta per DD. in *consiliis ab eo supra.* idem sequitur Rebut. *ubi supra. numer. 15. & 16. pagina 590. & num. 18. pag. 591.*

Eandem sententiam, nempe quod si ad maiora-²⁷ tus successioem filij legitimi inuitati sint, sub eavocatione filius legitimatus non comprehendatur, latissime ex pluribus probat, sequitur, & defendit D. Molin. *Hisp. primog. lib. 3. cap. 3. numer. 3. cum pluribus sequentibus.* & præcipue *numero decimo.* ubi plures idem tenentes citat, & *numer. 11.* id etiam comprobatur ex eo, quod dixerat *lib. 1. cap. 8. numer. 31. cum sequentibus.* ubi concludit jus hoc maioratus successoris etiam in spe consistens non posse tolli à Principe nisi ex causa legitima, & eaque citatis sanguineis substitutis probata, & insuper addit, quod Princeps non potest derogare juri substitutorum, absque eo quod vtatur clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quæ clausula à Principe non nisi causa cognita apponi possunt, & *d. cap. 3. numero 19.* docet ex magis communis opinione, quod nec Principi ex potestate absoluta id facere licet, & tandem *numero 24. cum duobus sequentibus* duos casus considerat: primus est, in quo legitimatio simpliciter concessa fuit (vt in nostra specie) in qua specie certissimum esse, inquit non videri ex illa derogata juri substitutis competenti, prout in fædo declamatum est in *e. 1. §. naturales* si de fædo defuncti. in *visibus* feud.

Secundus casus est, quando in legitimacione adiectum est, quod filius legitimatur ad succedendum in maioratu parentis derogando expresse juri transuersalium substitutorum cum clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & in hac specie, quamuis fateatur communem esse sententiam Doctorum, quod Princeps etiam absque causa legitima, & citatione substitutorum possit illis in jure ad maioratus successioem in spe questio præiudicare, contraria tamen opinio sibi verior, atque probabilior semper visa fuit, ibique eam probat, sed in nostra specie legitimatio fuit simpliciter facta à Papa absque aliqua adiectione quoad successioem maioratus, nec aliorum bonorum temporarium, & sumus in terris non subditis quoad temporalia Pontifici, sed Principi Seculari, ergo ea legitimatio nullo modo proficere potest quoad præd. bona temporalia, prout est maioratus Successio.

Conferunt præterea pro hoc eadem parte ad-²⁸ ducta per Molin. *ubi supra. numero 30. & 40.* ubi cum alius resoluit, quod quando is, qui fideicommissum reliquit sub conditione, si absque liberis legitimis decesserit, ut nobilis persona alias in dignitate constituta legitimatus non excludit substitutum, neque eiusdem fideicommissi capax est, Peregr. *de fideicommissi. articulo 23. numero 43.* Molin. *ibidem numero 31.* ubi ex Doctrina quamplurium Doctorum resoluit fideicommissum relictum sub conditione, si possessor sine liberis legitimis, natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis decesserit, (vt in nostra specie) nunquam filius naturalis legitimatus ex Principi rescripto ad eius primogenij successioem admittendus erit, quem refert, sequitur, & late probat alter Molin. Theolog. *primo tom. de Just. & Jur. disp. 174. col. 101. in versic. 7. concl. & M. A. Peregr. de fideicommissi. d. artic. 23. numero 43. cum sequentibus.* & ex traditis etiam per eundem Molin. *d. cap.*

cap. 3. lib. 3. numer. 36. ubi quod quamuis secundum communem opinionem supra relatam pro contraria parte, filius legitimatus excludit substitutum sub ea conditione, si sine liberis legitimis decesserit, filius tamen spurius legitimatus non excludit substitutum, ut ibi late probat, faciunt etiam tradita per addit. Ant. Gam. *decisione 279. in 5. & 6. conclusio. numero 25.* & comprobatur etiam ex late traditis in proposito per Molin. *ubi supra. columna 108. cum sequentibus d. disputatione 174.* Ex quibus omnibus, quæ loquuntur in legitimo per Principis rescriptum quoad temporalia, à fortiori probatur eadem sententia in legitimo simpliciter per Papam in terris quoad temporalia, sibi non subditis.

29 Quinto, eadem pars probatur quoniam similes legitimaciones simpliciter facta tantum intelliguntur de jure facta quoad successioem, & hereditatem bonorum parentum eam petentium, non vero quoad maioratus successioem antea, & per antecessores instituti, vt tenet Molin. Theolog. *primo tom. disputatione 174. in principio. columna 99. cum sequentibus.* Rebut. *in praxi. benef. titulo de rescript. legitimat. mixto. numero 13. folio 590. & Malual. consilio 116. num. 73. & 74.* ubi numero 78. quod legitimatus debet consentire, etiam si legitimatio fiat per subsequens matrimonium.

30 Sexto, quia cum agitur de verificatione successioem maioratus juxta dispositionem, & vocationes testatoris primi fundatoris filij legitimi de jure, non comprehenduntur sub eis, vt docet Domin. Cardinal. Tulehus in *conclus. practic. conclusio 373. numero 22. & 23. lib. 3. l. 1. & 2.* Et ubi etiam quod filij incestuosi, & spurij non comprehenduntur, nec includuntur in status, & dispositionibus particularibus: numero 2. ampliat etiam si legitimentur per subsequens matrimonium, quando scilicet vocantur legitimi nati ex legitimo matrimonio, ex Bald. *consil. 362. per totum. volumine 5.* est communis, vt plures allegans testatur eam sequitur Tyber, Decian. *respons. 88. numero 11. & 12. volum. 2.* & sic probando primum, legitimum esse fratrem, vel sanguineum proximum institutoris maioratus, debet, excludere legitimatum, eius præferri in successioem maioratus, Domin. Cardin. Tulehus in *suâ conclus. practic. conclusio 204. lib. 3. l. 1. & 2.* Etiam si per subsequens matrim. fuerit legitimatus juxta veriorum, & receptiorum sententiam, vt resoluit, probat, & defendit contra alteram Zeuall. in *practic. questiones Commun. contra Commun. questione 606. per totum. d. e. quod etiam bene agunt Castillo de *visibus. 2. parte. lib. 3. cap. 11. num. 25.* & Bisslor in *addition. ad 2. decisio. Ant. Gam. ad numerum 7.* & hanc partem tuetur dicens secundum eam bis fuisse iudicatum Petr. Surd. *decisione 319. numero 5.* plurimos referens, & alij relati à Caualean. *ubi supra. d. decisio 32. numero 3. cum sequentibus.* ubi etiam dicit secundum eam fuisse iudicatum.*

31 Sed quoniam circa hoc proxime dictum supra retulimus in quinto fundamento prioris partis contrariam opinionem esse veram, communem, & in praxi receptiorum. Ideo fortius in terminis, de quibus nunc agimus, in hac questione probatur hæc secunda pars, quam defendimus, ex eo quod, vt supradiximus, & resoluitur cum communi, & proculdubio vera sententia, filij incestuosi præcipue data mala fide vtriusque parentis, non legitimantur per subsequens matrimonium cum dispensatione Pontificis impediuntur consanguinitatis, vel simili dirimentis celebratum, nec admittuntur ad successioem maioratus, ad quam vocantur legitimi, & à fortiori si vocantur legitimi, & naturales, ex legitimo matrimonio nati, maxime

si iterum arque iterum id in institutioe maioratus repetatur propter enixam testatoris voluntatem: argumento *l. Balista. cum siml. ff. ad Treb. vt in terminis tenet, & probat Petrus Surd. decis. 319. num. 5. m. vers. qua opinio. &c.*

Ex quibus omnibus sufficienter, & in propriis terminis remanet proculdubio fundata hæc secunda pars omnino tenenda in iudicando, & consulendo, salua (prout diximus, & nunc idem profiteamur) correptione, & censura Sanctæ matris Ecclesiæ, cui in omnibus me subijcio: & responsum fundamentis contrariis: Cessat siquidem primum ex supra adductis pro hac secunda: cessat etiam secundum, & tertium ex eisdem. Quartum vero loquitur, & procedit, quando id constat ex mente Papæ, vt quando dispensat ad radicem matrimonij, & in plenissima forma quoad omnia, vt etiam constat ex primo fundamento secunde partis, in dubio namque Princeps non censetur velle præiudicare tertio, vt prædiximus, & affirmant Laur. de Pinu. in proposito *d. consil. 53. num. 48.* Et ideo licet Princeps superius de plenitudine potestatis possit legitimare naturales, spurios, & incestuosos, & adulteros, vt succedant in fideicommissis, & feudis, ad quæ vocantur legitimi, & naturales, ad exclusionem substitutorum, hoc tamen credit temperandum Peregr. *de fideicommissi. articulo 23. numero 69.* cum Princeps fuit certioratus, & monitus de conditione fideicommissorum adeo, vt mens Principis patens sit, vt voluerit legitimatum contineri in fideicommissariis, & feudilibus ordinationibus ad præiudicium substituti, vel ad onus grauati, quandoquidem Principis regularis, ac recta intentio sit, nolle per suas gratiosas concessiones tertio præiudicare, vt ibi late id probat.

Ad quintum ex resolutis per Farinat. respondemus, id non esse firmum, siquidem consistit in opinionibus diuersis Doctorum, & præterea loquitur in Principis secularis legitimacione, quoad temporalia: & intelligendum esse in legitimacione facta quoad omnia ex plenitudine potestatis cum expressione, & exclusionem substitutorum, vt patet ex modo dictis. Sed legitimatio de qua in nostra questione non est huiusmodi: igitur, &c.

Ad sextum respondemus, loqui & procedere in dispensatione ad radicem matrimonij, nempe quando Papa legitimat, vel approbat ex tunc præd. matrim. antea iure contractum, & insuper proles antea suscepta legitimatur, vt patet ex Authoribus ibi citatis, & ex fundamentis huius secunde partis: at in nostra specie non fuit dispensatum in radice matrimonij iam de facta contracti, sed ad comprehendum id de nouo, vnde legitimatio simplex prolis antea susceptæ non præiudicat substitutis legitimis ad fideicommissum, vel maioratum vocatis per institutorem ipsius, de quibus nulla mentio facta fuit in præd. legitimacione, & ideo eis non præiudicatur: nec etiam obest illa magis communis sententia in præd. fundamento partis contrarie adducta in fauorem legitimati per subsequens matrim. vt excludat substitutos legitimatos vocatos etiam cum adiectione, quod sint legitimi, & naturales nati ex vero, & legitimo matrimonio, nam ei pleni satis fecimus supra in fundamento 6. huius secunde partis.

Neque etiam obest vltimum pro prima opinione adductum fundamentum, nempe quod legitimatus excludit substitutum, quia est vere legitimus, non vero per fictionem: quoniam non procedit in legitimatis simpliciter per rescriptum Principis, nec in præiudicium substitutorum legitimorum ad fideicommissa, & maioratus perpetuos vocatorum, de quibus nulla sit mentio in d. legitimacione, nec quibus

Principes præiudicare expresse voluit. Et præterea, ex traditis in proposito per Decian. d. *respons. 18. numero 11. volumine 2.* nempe quod legitimitati admitti non possunt, quando testator in testamento posuit conditionem, si sine filiis decesserit legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & præteritis, his namque verbis stantibus est certa conclusio communiter recepta, quod legitimatus non excludit substitutum sub hac conditione, illa enim dictio, de causam immediatam significat, ut scilicet à principio sit natus de legitimo matrimonio, ut ibi late probat, qui est videndus.

33. Alia circa eandem questionem, an Pontifex possit dispensare in radice matrimonij irritè contracti efficiendo dispensationem retrorah, ac proinde legitimando prolem ante habitam quoad tempora, & spiritualia? late adducit Thomas Sanchez d. lib. 8. de *matrim. dispensatione 7. per totam* apud ipsum videnda quoties opus fuerit.

34. Post hæc scripta, & resoluta pervenerant ad me, literæ exequutoriales cum tribus sententiis conformibus Dominorum de Rota Sacri Palatii Apostolici: prima Reverendi Patris Francisci Vbaldi Hispal, die 4. Februarij ann. 1613. secunda Domini Francisci Sacrat Archiepiscopi Damasceni, tertia Domini Alphonsi de Mançanedo & Quinones; quibus latissime iure comprobatur in causa dispensationis concessæ per bonæ memoriæ Sanctissimum Papam Greg. XIII. dilectis filiis Martino Zeron, & D. Anna Manuel super matrimonio inter ipsos de facto celebrato, ac cum ipsis fuit dispensatum hoc modo: Ut impedimentis secundi ex vno & tertij ab alio communibus spiritibus consanguinitatis graduum prædictorum non obstantibus, in prædicto sic contracto matrimonio remanere, seu illud inter eos publice servata forma Concilij Tridentini, de nouo contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum similiter remanere libere, & licite valeant; dummodo D. Anna, propter hoc ab alio rapta non fuerit, &c. Censuisse summum Pontificem per præd. verba in radice matrimonij dispensare, ac proinde D. Annam, Zeron filiam procreatam ex prædictis sic dispensatis, & D. Ioannem de Hinesrosa Cardenas & Ribera coniuges Hispalen. de & super maioratu à quodam Martino Fernandez Zeron Hispalen. à præd. D. Anna Zeron possessore iure pertineat, etiam in præiudicium tertij, alias vocati ad successorem, quia illud præiudicium venit consecutivè, quod non attenditur sublato impedimento inter contrahentes per dispensationem, secundum Ruinum, consilio 189. numero 16. lib. 2. Anchar. consilio 409. numero 3. versiculo Canonica igitur consuetudo. Boet decisio 262. numero 23. & D. Molin. lib. tertio de Hispal. primog. cap. numero 10. seq. & Peregrin. de fideicommiss. articulo 24. in fin. Ludovic. Lopez in secunda parte instruct. conscientie, cap. fin. §. de dispensatione petenda, versiculo. Præterea notandum est, quod legitimitati & probatur latus in dictis literis exequutorialibus, quas impressas habeo dat. Romæ sub anno à natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1615. indictione 13. die vero Veneris tertia mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Patris Pauli Papæ Quinti ann. eius 11.

CAPITVLVM LXXV.

De penis clandestinitatis matrimonij, & parochi clandestino matrimonio interuentis, vel de a-

lieno parochi aliquos coniungente matrimonio, sibi non subditos.

SUMMARIVM.

1. Viri spoliata à viro, quamuis ante omnia sit restituenda, hoc tamen fallit quando matrimonium fuit clandestinum.
2. Matrimonium ignoranter in gradibus prohibitis contrahentes, neglectis solemnitatibus requisitis in eo contrahendo, separandi sunt, & carere debent spe dispensationis obtinenda.
3. Contrahentes matrimonium clandestinum, hoc est sine parochi, & testibus reddunt inhabiles ad sic contrahendum absque aliqua declaratione, ut in numero 5. non tamen egent ulla dispensatione si velint iterum contrahere in facie Ecclesiæ, ut in num. 4.
4. Licentia Episcopi non est necessaria ad hoc vi matrimonium clandestinum, & sic nullum contrahentes recedant ab eo, & nouum contrahant, nisi in casu de quo hic nec parochus in hac specie eos coniungens alia matrimonij incurrit et triennalem suspensionem, de qua in cap. final. de clandestin. dispensatione, ut in numero 7.
5. Contrahentes matrimonium clandestinum absque parochi, & testibus arbitrio Episcopi puniri debent.
6. Parochus, & ceteri assistentes matrimonio clandestino absque premissis denunciationibus peccarent grauius, & in exteriori iudicio cond. gnis penis ab Ordinario sui puniendi.
7. Excommunicationem an incurrant contrahentes matrimonium clandestinum?
8. Clandestini matrimonij pena est mixti fori, & sic erit locus præuentioni, & numero 12. quod præuentione iudice seculari non est locus inhibitioni iudicij Ecclesiastici.
9. Suspensionis pena per triennium imposta parochi interuenti matrimonio clandestino nullo non est ipso iure lata, sed imponenda, nec est correctæ per consilium ultra penam arbitraria, ut in numero 14.
10. Parochi pena interuentus matrimonio eorum, qui non sunt de sua parochia.
11. Ignorantia crassa parochi Decreti Concilij circa assistentiam matrimonio clandestino, an excuset à pena suspensionis, & quando non?
12. Pena noua mitior à lege imposta corrigat grauiorem antiquam, seu in pena noua imposta a iudice.
13. Parochus alienus, vel alius qui non est parochus non assistens matrimonio sed alij licentiam assistendi concedens non incurrit penam suspensionis nec aliam arbitrio iudicis.
14. Parochus triennio suspensus, quia interfuit matrimonio clandestino, si iterum alij matrimonio clandestino interfuerit primo triennio suspensionis durante, an per integrum aliud triennium suspendi debeat, nec?
15. Suspensus, vel exulatus aut relegatus ad tempus, si illo durante aliam similem penam incurrat, an confundatur tempus secundæ penæ cum tempore primæ vel non?
16. Parochus suspensus ab officio, quia interfuit matrimonio clandestino, an sit suspensus etiam à beneficio?
17. Parochus suspensus, quia interfuit matrimonio clandestino, an possit abscilui a suo Episcopo?
18. Episcopus an possit dispensare contra constitutionem Concilij? & numero 25.
19. Episcopus non potest tollere quamcumque suspensionem ab delictum impostam.
20. Filia contrahens matrimonium clandestinum, an possit Concilium Tridentinum possit exarcedari a parte?

Mulier

Mulier coniugata spoliata à viro quamuis regulariter ante omnia sit restituenda, & ex conuentione, cap. literis de restitutione spoliata, cum similibus.

Si tamen matrimonium fuit clandestinum, non restituitur ante omnia iuxta glossam verbo legitime, in cap. ex transfusa de restitutione spoliata, per illum tex. à contrario sensu, & ibi DD. probat late Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, dispensatione 45. & hæc est prima pena matrimonij clandestini.

Secunda est, ut si aliqui in gradibus prohibitis ignoranter matrimonium contraxerint, neglectis solemnitatibus requisitis in eo contrahendo, tunc namque separandi sunt, & carere debent spe dispensationis obtinenda, non etiam dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempserit, ita decernitur in Sancto Concilio Trident. sessio 24. cap. 5. de reformatione matrim. in versiculo quod si ignorauer, de quo agit Sanchez vbi supra, num. 3.

Tertia est, quod contrahentes matrim. clandestinum, hoc est sine parochi, & testibus reddunt inhabiles ad sic contrahendum, ut cauetur d. sess. 24. c. 1. de reformatione matrim. in versic. qui aliter, &c. Nec hæc inhabilitas perpetua est, ut quidam voluerunt, sed tantum ad sic contrahendum, hoc est clandestine.

Vnde si velint iterum palam contrahere in facie Ecclesiæ, nulla indigent ad hoc dispensatione, ut probauimus de Iuramento confirmatorio prima parte, cap. 51. numero 22. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptio prima in fin. lib. Didac. Perez in lib. 1. ad fin. titulo primo, lib. 5. Ordinamenti, fol. 42. in versiculo vltimus dubitatur Matienç. in Rubr. tituli primi, glossa prima, numero 40. lib. 5. nou. collect. Reg. Azueed. in l. 1. numero 36. etiam de ritu, & libri, Marc. Anton. Cuch. lib. 3. instit. maior, titulo 11. numero 89. & alij quamplures quos refert, & sequitur Thomas Sanchez d. lib. 3. dispensatione 46. numero 2. dicens esse certissimum, & sic esse declaratum per Illusterrimos Cardinales, ut referunt præfati Authores, & numero tertio, cum Nauar. & Matienço.

Ex hoc infero primo, non opus esse declaratione aliqua, ut matrimonium absque parochi & testibus intum dissolatur, quia ex præd. Decreto Concilij Trident. constat esse nullum, nec Decretum illud aliquos latet.

Et numero 3. infero secundo contra Maiolum non esse necessariam Episcopi licentiam, ut hi recedant à priori matrimonio, nouumque contrahant, nisi prius esset nimis publicum, ita ut verisimiliter timeretur scandalum.

Et tamen non præmissa parochus eos coniungens alio matrimonio, non incurrit triennem suspensionem, cap. fin. de clandestin. dispensat. quamuis sit pena arbitraria puniendus, secundum Salzed. in prædic. cap. 73. §. illud tamen non difficitur ex Manuel. primo tom. Summa 2. edit. cap. 221. num. 2.

Similiter contrahentes matrimonium clandestinum sine parochi, & testibus arbitrio Episcopi puniri debent, ut in did. Decreto Concilij Tridentini & peccaret Ordinarius eos non puniens, quod si præd. matrimonium consummaretur, erit grauius delictum, rigidiorque pena imponenda erit, ut ex alijs probat Sanchez vbi supra, num. 6.

Quod si matrimonium celebratur coram parochi, & testibus prætermissis denunciationibus peccarent grauius parochus, contrahentes, & testes, qui scienter huiusmodi matrimonij interfuerint, & in exteriori iudicio condignis penis ab Ordinario sunt puniendi, ut tenet Salzed. vbi supra, versiculo peccaret tamen; quamuis in hac specie solij parochum puniendum esse dicat Enriquez in sua Summ. lib. 11.

de matrim. cap. quinto, num. 6. quia Concil. Trident. & cap. fin. de clandestin. dispensat. soli parochi imponunt penam, sed inquit Sanchez vbi supra in 7. Concil. Trident. nec parochi, nec contrahentibus omnibus denunciationibus penam imponit, sed tantum quando absque debito testium numero, vel sine parochi celebratur matrimonium, & d. cap. fin. in fin. de clandestin. dispensat. expresse parochi assistenti, & contrahentibus absque denunciationibus penam imponit: parochi triennem suspensionem, contrahentibus condignam penitentiam, & cum pena ibi non sit præscripta, erit arbitraria, ut resoluimus de Iuramento confirmatorio prima parte, cap. 51. num. 25. & nobiscum, & cum alijs Thomas Sanchez d. numero 7. vbi etiam quod testes in præd. specie condigna sunt penitentia puniendi, ut nos quoque probauimus vbi supra, si vero parochus non in tunc consilio, nec data opera sed ex ignorantia credens banna præcessisse ea omisit iuxta qualitatem ignorantie leuiori pena puniendus erit, secundum Salzed. vbi supra, addentem, quod ipsi contrahentes si modo bonam fidem habuerint puniendi non sunt, quia nulla culpa imponi potest, qui parochi assueturati facta iam fuisse banna fidem præsterint, prout tenebantur, ex Segura in Directorio Iudicij Ecclesiasticorum, secunda parte, cap. 15. num. 40.

Alia pena contrahentium matrim. clandestinum in aliquibus diocesis est excommunicatio, quam Episcopi in suis Synodalibus constitutionibus in hos proferant, & quamuis Dominicus à Soto in quarto, distinctione 28. questione vnic. in articulo secundo, quod igitur & Ledesma in secundam partem quartæ, questione 49. articulo quinto, §. an autem, fol. 432. colum. prima, in principio, censent multum consultius fore, eam excommunicationem non fulminari, quia si Pontifices, & Concilia ea opus esse iudicarent, eam tulissent, nihilominus tamen sustineri potest, quod in hoc faciunt Prælati cum adiungunt penas iure communi statutas, imo expedit penas augeri, quorundam crescente malitia hominum, ut rectè considerauit Sanchez lib. 3. dispensatione 46. num. 9.

Cuius autem fori sit imponere penas laicis clam contrahentibus videndus est Thomas Sanchez lib. 3. de matrimonio, dispensatione 54. per totam, vbi numero 3. concludit hoc delictum esse mixti fori, & sic erit locus præuentioni, ut docet Menoch. de success. creat. l. 3. §. 26. num. 69. Azueed. in l. prima, numero 42. & 46. titulo primo, lib. 3. nou. collect. Reg. & nos lib. secundæ prædic. questione secunda, numero primo, vbi etiam resoluimus in versiculo post vero, quod post publicationem Sanctissimi Concilij Trident. sessio 24. cap. primo de reformatione matrim. cum matrimoniis clandestina sint nulla.

Iudices seculares detinentes in suis carceribus publicis huiusmodi delinquentes, nempe sic contrahentes, & testos interuentes huiusmodi matrimonij clandestinis nullis, minime teneri eos remittere ad iudices Ecclesiasticos donec ab eisdem secularibus puniantur, & quod respectu punitionis huius delicti cum sit mixti fori, non habeat locum inhibito iudicij Ecclesiastici, nec præceptum remittendi, sed erit locus præuentioni, quod verissimum puto, quicquid Sanchez vbi supra, numero 7. dicat nos immerito sic restringere, inquit enim, quod etiam modo potest esse necessaria testium depositio coram Ecclesiastico iudice, ut ibi per eum, sed nos ibi non loquimur quando matrim. est validum; puta, quia celebratum fuit coram parochi, & testibus omisis denunciationibus, & quod fit validum in hac specie patet ex nobis de Iuramento confirmatorio prima parte cap. 51. numero, sed loquuti sumus in prædic. prædic. questione quando matrim.

T iij. clau.

clandestinum proculdubio est nullum, vt constat manifeste ex nostris verbis: ac Sanchez loquitur quando est validum, quod est diuersum.

13 Pœna autem suspensionis per triennium à iure imposita parochio assilenti matrimonio clandestino est ipso iure lata, sed ferenda à iudice, vt constat ex d. cap. fin. de clandest. des. ibi dum dicit suspendatur. vt cum aliis probat Thom. Sanch. d. lib. 3. disp. 48. num. 2. vbi ex hoc infert posse causa iusta augeri, & minui. ex d. §. fin. ibi: grauius puniendus si delicti qualitas postularerit, per quem ita tenet ibi Præpos. num. 11. vers. 6. & Bernard. Diaz de Lug. in sua pract. crimin. Canon. in nouâ editione. cap. 73. num. 2.

14 Neque esse correctam hodie hanc pœnam triennalis suspensionis per Concil. Trid. quando parochus vel alius sacerdos assiluit matrim. clandestino inualido defectu numeri testium, sed vltra pœnam contrariam, quam in hoc casu imponit parochio Concil. Trid. s. 24. cap. 1. de reform. matrim. vers. in super parochum imponendum esse triennalem suspensionem, tunc Ignat. Salzed. ad Bernard. d. cap. 73. vers. 8. non est obliuioni, Veracrus in Appendice ad Specul. coniug. dubio 11. in fine. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 23. num. 17. Manuel. 1. tom. Summa. cas. 112.

Sed contrarium est verius, & tenendum, nempe cessare hodie suspensionem triennalem per pœnam arbitriam impositam per Concil. Trid. vt rectius probat Mattieng. in l. 1. gloss. 7. v. 1. lib. 3. noua collecti. Reg. & Thom. Sanchez vbi supra, num. 4. qui num. 5. libenter fatetur standum esse pœnæ d. cap. fin. §. fin. quando parochus proprius, vel alius Sacerdos de eius licentia interfuit matrimonio valido, clandestino tamen ob denunciationem omissionem, cum Concil. Trid. in hac specie nullam statuat pœnam. vt ibi cum aliis probat.

15 Quod si quis parochus, vel alius sacerdos. siue regularis; siue secularis sit. etiam si sibi ex privilegio. vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochie sponso sine illorum parochi licentia matrim. coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tamdiu suspensus manet: quamdiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debet, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluat. & hoc casu non habet locum suspensio triennalis, de qua in d. cap. fin. de clandest. des. vt in terminis recte probauit Thom. Sanch. d. lib. 3. dispensatione 48. numero 6. aduersus Enriquez, qui præd. Decreti fuit in memor.

16 Excusabit tamen à præd. suspensione Concilij, quælibet ignorantia etiam crassa, dummodo non sit ita crassa, vt ingens sit meritas, vt deducitur ex illo text. ibi ausus fuerit, & bene iure probat Sanchez vbi supra, numero 7. qui est omnino videndus: vbi numero 8. cum aliis probat, quod sacerdos regularis matrimonium solennizans absque proprii parochi licentia vltra suspensionem ad nutum Ordinarij de qua in d. D. Decreti Concilij Trident. incurrit excommunicationem Pontifici referuatam, de qua in Clementina prima, de privileg.

17 Licet enim noua pœna mitior lege noua statuta corrigat rigidioris antiquæ legis, hoc verum est in pœnis à iudice infligendis, non autem in his, quæ ipso iure incurruntur, vt sunt excommunicatio, & suspensio illa Concilij Trident. vt cum Anania, Nauar. & aliis tenet Sanchez vbi supra, d. num. 8.

18 Parochus autem alienus, vel sacerdos qui non est parochus non assilens matrimonio, sed alij sacerdoti licentiam assilendi concedens, non incurrit vllam vltra suspensionis, nec per triennium, nec arbitrio Episcopi: vt late probat idem Thom. Sanchez d. lib. 3. dispensatione 49. numero 2. cum sequentibus, credo tamen quod pœna alias arbitraria puniri possit,

quia prohibitum fuit; argumento l. nemo maritus, C. de S. S. E. Quod si non sacerdos parochus esse, incurreret suspensionem Concil. Trident. coniungens alienos parochianos, quia respectu parochi non petit qualitate sacerdotij, non tamen incurreret suspensionem triennalem, ita Sanchez vbi supra, numero 3.

Parochus triennio suspensus, qui interfuit clandestino matrimonio in specie de qua in d. cap. fin. §. fin. de clandest. des. pœn. & eo triennio adhuc durante iterum assiluit, & suspenditur alio triennio: an vtrumque triennium integrum complere debeat, vel vnum cum alio confundatur pro tempore, quod vtrumque concurrat: dependet ab illa questione, an suspensus, vel alia pœna videlicet ex illis affectus ad tempus, si durante illo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnam ad tempus incurrat, hoc posterius tempus incipiat priori finito, vel statim à tempore impositionis huius secundæ pœnæ, in questione tres opiniones Doctorum refert Thom. Sanchez d. lib. 3. dispensatione 58.

Prima est, vt incipiat finito priori tempore. Secunda distinguit, vt siquidem imponatur pœna, vt species, id est cum determinatione temporis à quo incurritur, vt sit suspensus per triennium à die delicti, tunc triennium posterius incipit à die delicti commissi, & confunditur cum priori tempore: si vero pœna ponitur generaliter, & indeterminate, vt dicendo sit suspensus per triennium, posterius triennium incipit priori finito.

Tertia sententia est, quam præ cæteris eligit iste Author, vt incipiat statim à die sententiæ iudicis inferentis posterius triennium, aut quando incurritur ipso iure statim à die commissi delicti, & ita confundi cum priori tempore, nisi iudex in sententia declaret, vt incipiat finito priori tempore, quod potest iudex declarare, vt ibi recte probat.

Illud tamen addo, quod quando posteriori iudici non consistit de priori suspensione, vel exilio, idem erit dicendum, nempe vt posterius tempus incipiat currere statim à die sententiæ iudicis inferentis posterius triennium, vel statim à die commissi delicti, quando pœna incurritur ipso iure, quia in pœnis benigna est interpretatio facienda, vt in regula iuris vulgaris, & præfatam tertiam sententiam tenent glossa, verbo sequentes in Clementina 2. de Magist. & ibi Cardin. & alij relati à Sanchez vbi supra, num. 3.

Parochus insuper suspensus ab officio, quia interfuit matrimonio clandestino, non est suspensus à beneficio, quia text. in d. cap. fin. de clandest. des. pœn. solum præcipit suspendendum esse ab officio, & in terminis ita tenet Fr. Manuel. Rod. in 1. tom. Summa, 2. editione, c. 221. §. num. 4. contra Ludou. Lop. in 2. parte Instr. cons. 11. de matrim. c. 39. fol. 1060. col. 2. dicentem esse etiam suspensum à beneficio, quia est graue erimen: addit tamen Manuel posse iudicem in hoc casu suspendere illum parochum à beneficio, quia per S. Concil. Trid. s. 34. c. 2. de reform. matrim. Episcopi arbitrio remittitur pœna. Illud tamen Decretum tantum loquitur quando matrim. clandestinum, cui interest parochus, est nullum defectu numeri testium requisiti, in quo casu pœna suspensionis antiqua cessat, vt diximus supra, num. 11. & resoluat Thom. Sanch. disp. 51. n. 14. lib. 3. priorem doctrinam Emanu. sequutus, vbi admittit posse iudicem suspendere eum parochum triennio suspensum ab officio, eo quod interfuit matrim. clandestino, ob solam denunciationem omissionem, suspendere eum quoque simul à beneficio quando culpe grauitas hoc postularerit, per text. in d. cap. fin. §. fin. ibi: grauius puniendus si culpa qualitas postularerit.

Dubium tamen est, an parochus triennio suspensus.

ius, quia interuli matrim. clandestine possit à suo Episcopo absolui ab ea suspensione, Et posse quidem videtur ex cap. super de sententia excomm. vers. cetero in secundo casu, ibi, quia conditor eius Canonis siue abfolutione sine solutionem specialiter non retinet eo ipso concessisse videtur facultatem relaxandi, & ibi communiter DD. & est communis, vt affirmat Petrus Rebuff. numero 22. in loco statim citando, & licet ille text. loquatur in abfolutione ab excommunicatione non referuat, eadem ratio esse videtur de abfolutione à suspensione referuat, vt tenet Iano. in cap. 2. de solut. in fin. & in terminis d. cap. fin. §. fin. de clandest. dispensatione, vbi non referuat abfolutio à suspensione triennali de qua in illo text. docent ibidem Hostiens. super versiculoper triennium, Ioan. Andr. numero 11. Præposit. numero 11. Bartholom. à Ledesma de matrimonio dubio 21. post sextam conclusionem.

Sed nihilominus contrarium est tenendum, quia superiora procedant, vbi quis à iure suspenditur in definito nullo designato termino, secus vbi terminus suspensioni adicitur, vt in proposito. præterea, quia illa constitutio d. cap. fin. est edita in Concil. generali Lateranensi.

23 At Episcopus non potest dispensare in constitutione Conciliari, si in Concilio non exprimitur, quod possit dispensare. vt tenent communiter DD. in cap. si at clericus, §. de adulter. de iudic. & præcipue ibi Felin. numero 5. & D. Sahagun ibidem numero 76. & regulam cum fallentis ponit in hoc Petr. Duen. in regula 248. Rebuff. in tract. numina. quæst. 5. numero 35. fol. 130. ad fin.

24 Denique, quia Episcopus quacumque suspensionem ob delictum impositam tollere non potest, iuxta glossam in cap. quæpiens. §. ceterum, verbo suspensio de electione in 6. Abb. in cap. tam licetis numero 3. de testibus, & ibi Arretin. numero 23. Nauar. in sum. Hispan. cap. 27. numero 163. vers. tercio, Latin. num. 162. vers. 7. cum multis alijs, vt per Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio, disp. 32. num. 2. vbi hanc secundam sententiam in terminis in specie, vt non possit Episcopus abfoluere à suspensione, cui certus terminus adicitur eum glossa in Clementina 1. §. verum, verbo excommunicationis, de heret. & cum alijs quampluribus DD. probat, & tenet contra priorem.

25 A suspensione autem ipso iure imposita à Sacro Concil. Trident. sessione 24. cap. 1. in Decret. de reform. matrim. Parochus, vel alij sacerdoti coniungenti alienos parochianos absque licentia proprii parochi non solum Episcopus, sed etiam eius Vicarius generalis poterit abfoluere, vt patet ex d. cap. 1. ibi: ipso iure tamdiu suspensus manet, quamdiu ab Ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluat, vt per Sanchez vbi supra, numero 4. quia nomine Ordinarij comprehenditur Vicarius generalis Episcopi, & quicumque alius habens iurisdictionem ordinariam, vt docet idem Sanchez dict. lib. 3. dispensatione 29. numero quinto. Itaque hic Ordinarius absoluitur non debet esse Ordinarius iudex suspensi abfoluendi, sicut in alijs abfolutionibus, & dispensationibus contingit: sed Ordinarius illius parochi cuius erat illud matrimonium celebrare, aut benedicere. vt expresse cauetur in dict. cap. primo Concilij.

An autem filia contrahens matrimonium, que la Iglesia tiene por clandestino, post Concil. Trident. possit exheredari à patre iuxta l. 49. de Toro, qua habetur in l. prima titulo primo, lib. quinto non collecti. Reg. & citca eius intellectum late egimus lib. secundo prætic. questione prima, secunda, tertia, & quarta, & post nos

Thomas Sanchez d. lib. 3. tertio de matrimonio, dispensatione 47. per ratam: ideoque non oportet hic iterum ea repeti; & an tunc tempus requiratur sententia circa exheredationem, & amissionem bonorum bene agit Thomas Sanchez vbi supra, d. lib. 3. dispensatione 53. in principio usque ad numerum 6.

CAPITVLVM LXXVI.

De contractibus tam matrimonij, quam alijs celebratis metu cadente in constantem virum, an sint nulli ipso iure, vel rescindendi?

S Y M M A R I V M.

- 1 Contractus quicumque metu cadenti in constantem virum celebrati, an sint ipso iure nulli necne? & numero 2. cum sequentibus.
- 2 Dominum transferat ex contractu metu celebrato.
- 3 Metu res acquisita transiit eo iure affecta in quocumque possessorem.
- 4 Metum passus sua culpa incidens in eum non potest agere ad rescissionem contractus, & idem est quando metu absque iniuria inferitur, sicut quando metum passus culpa reus fuit, sed metus iniuste, & non iuridice incurrit, tunc enim subuenitur metum passus, vt in numero 6.
- 5 Metu leui extorta an sint in foro conscientia, & extorreo restituenda ad petitionem partu metum passus? & numero sequentibus.
- 6 Matrimonium contractum metu cadenti in constantem virum, an sit validum necne, & numero 9. quod non requiritur relaxatio iuramenti in proposito, & numero 10. quod iustus metus dicitur etiam si arma semel sumpta fuerint deposita, & numero 11. quod procedit sine præd. metus inferatur per contrahentem, siue absque eius culpa per quemcumque alium, & numero 12. 13. & 14. ampliatu alijs modis.
- 7 Metu cadenti in constantem virum quo iure irritum matrimonium?
- 8 Metum an irritet matrimonium, quando iuste incurritur?
- 9 Matrimonium metu cadente in constantem virum an sit inualidum sit, vt nullam prorsus pariam obligationem de non ratiocando eius respectu eius, qui non est passus metum, vel, an possit hinc rescilire antequam metum passus ratiocet in pristino consensu?
- 10 Contrahens vero consensu matrimonium per metum cadentem in constantem virum non peccat, quantum ad esse nullum sciat.
- 11 Matrimonium contractum metu leui, non cadente in virum constantem, an sit nullum in foro conscientia, & numero 20.
- 12 Matrimonium metu cadente in constantem virum ratiocatur, si postea accedat copula sponte habita affectu coniugali, & ex tunc recipi valeat, si aliter quis absque metu consenserat in pristino consensu perseveret.
- 13 Matrimonij ratiocatio ad hoc, vt ex longa cohabitatione sit valida requiritur, vt ratiocans sciat prius contractum fuisse nullum, alius namque si ex errore quo putabat prius matrimonium validum fuisse cohabitaret, aut copula maritali accederet, non ratiocatur prius matrimonium, & quod tempus ad ratiocationem requiratur, num. 23. & non. 24. quomodo hoc intelligendum sit, requiritur etiam præterea, quod habitatio illa sit omnino spontanea, & effectus.

- 25. *Ussauerique omnino timori causa, ut in numero 25.*
- 26. *Metu causa durante dura metu: quamuis in actu exteriori appareat omnimoda libertas, & numero 26.*
- 27. *Uxor que nolebat consentire cuidam instrumento percussa valde per maritum. si postea mulier consentit ex intervallo, metu hoc fecisse videtur.*
- 28. *Mulier que ingressa est religionem per motum alicuius persona etiamsi existat in religione per multos annos, orvenit illa persona, que metum ei intulit, non ex hoc purgatur metus, & numero 29. an hoc procedat stante Sancto Concilio Tridentino. cum numero sequentibus.*
- 30. *Matrimonium post Sacrum Concilium Tridentinum de presenti celebratum a duobus impuberibus, vel a pubere, & impubere, maioribus tamen septennio, solemniter coram paroco, & testibus interueniente copula post pubertatem, cohabitatione, amplexibus, vel osculis, non ratificatur absque eo, quod eadem solemnitate repetita de nouo celebratur.*
- 31. *Copula quando sufficit ad ratificandum matrimonium nulliter contractum post Sanctum Concilium Tridentinum.*
- 32. *Metus impedimentum, vel alius dirimens occultum, etiamsi postea sit sublatus non tollit, quin iterum sit expresse denovo celebrandum coram paroco, & testibus, vel saltem absque eis sequendo quorundam opinionem, de qua & alius duabus numero 32. statim sequenti, & 33. & 34. & 35. & 36.*
- 37. *Concilio Tridentino, decretum cap. 6. de reformatione maritum, incipienti, licet a Episcopis, intellectus.*
- 38. *Benedictiones nuptiales ante tempus debitum facte non sunt iterum faciendae.*
- 40. *Matrimonium quando est nullum ob impedimentum occultum, an ad eius ratificationem oporteat alterum coniugem certiorum facere de nullitate prioris matrimonii?*
- 41. *Matrimonium an sicut metu initum ratificatur copula spontanea affectu maritali habita, iuxta opinionem Thomae Sanchez, an etiam ratificatur copula graui metu extorta?*
- 42. *Sponsalia metu cadente in virum constantem inita an sint valida, & numero 43. limitatur in metu leui.*
- 44. *Iuramentum in matrimonio metu graui praestitum, an obligationem pariat?*
- 45. *Matrimonium secundum contrahens post aliud matrimonium metu contractum cum iuramento permanere debet cum secunda.*
- 46. *Sponsalia metu contracta accedente iuramento, non efficiuntur valida, & quid si metus sit leuis, numero 47.*
- 48. *Iuramentum accedens promissioni dotis, & constitutioni procuratoris ad matrimonium, & voto, vel professione religionis, metu tamen extortum, non obligat, neque indiget absolutione.*
- 49. *Adem sive rufus, sive missus ex graui malo habitus, vel quod natura accidit, vel in quod sua se culpa comocit, non annullat matrimonium, & numero 50. quid sit quando metu iniusto matrimonium fuit celebratum.*

Contractus quoscunque metu cadente in constantem virum celebratos ipso iure nullos plura suadent, quae cumulant DD. infra citandi: quare hanc sententiam voluit Bart. in l. *metum autem praesentem* 9. §. *volunt*, num. 2. ff. de eo quod met. caus. Fortun. Garl. de vlt. sim. illatione 21. num. 387. cum sequentibus. Sotus lib. 1. de iustitia, & iure quaestione 1. art. 7. in solutione ad 3. in versic. 6.

rius tamen, Michael Palat. lib. 4. de contract. cap. 9. §. dixerim igitur. Molina, de iustitia & iur. secundo tom. disputatione 226. in solutione ad secundum, columna 441. Carbo, de restitutione, questione 46. conclus. 3. quod si hac vera esset sententia, bene ex ea inferretur, non transferri dominium ex contractu metu inito, vt probarunt Fortun. d. illatione 21. numero 449. & Molina, vbi supra.

Sed contraria sententia in articulo principali prior est, & tenenda, imo quod contractus metu cadenti in virum constantem celebrati firmiter validi, sunt tamen rescindendi actione, quod met. caus. quia voluntas coacta voluntas est, l. si mulier. 21. §. si metu coactus, el. segundo, ff. de eo, quod met. caus. & l. si metu coactus, ff. de acquir. hered. tex. in principio de except. l. fin. C. de his, que vi. met. vt caus. sum. l. 56. titulo 5. partia 5. ibi per modo. o pot fuerat comprando, o vendiendo deue valer: antes dezimos que deue ser deshechala compra: & ita hanc sententiam tenet glossa in cap. vnc. de his, que vi. & c. in 6. not. ab. 1. & in cap. super hoc de renun. verba resignatoris, & in cap. secundo, verbo coactus, de his, que vi. & c. ibi communiter DD. diximus in nostro tract. de iuram. confirmatorio. prima parte, cap. 57. num. 21. & consil. 16. num. 1. vbi cum communiter ampliamus, etiamsi contractus sit iuramento firmatus, quia adhuc rescindi debet propter dolum, vel metum, & congerit quamplures Auctores huius secundae sententiae contra primam tam Iuris Canonici Professores, quam Iuris Civilis, & Theologos, qui hanc secundam sequuntur, Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disputatione 8. numero 4. per totum, vbi numero 10. late, & per ordinem respondet fundamentis contrariis prioris sententiae, quae adduxerat pro ea numero 2. & numero 5. cum aliis Auctoribus recte ducit, & probat ex hac secunda sententia, quae prior, & communissima est per contractus metu celebratos transferri dominium, & numero 11. respondet fundamentis contrariis.

Aliqui tamen casus excipiuntur, in quibus metu facta irrita sunt, de quibus per glossam, verbo coactus, & ibi DD. de his, que vi. & c. & specialiter de resignatione beneficij metu facta agit Nauar. in cap. accepta de restitutione spol. opposit. 3. per totam, & Flam. Paril. de resign. benef. lib. 13. quaestione 2. & de restituendo metu facto an nullum sit Menoch. de success. eret. §. 17. numero 3. cum sequentibus, & Padill. in l. interpositas, num. 4. C. de transact. Burlat. consil. 72. num. 22. volumine 1. de iurisdic. concessione metu extorta an valeat, agit Thom. Sanchez lib. 3. de matrimonio. disputatione 39. numero 13.

Nec interest, vt contractus metu celebratus rescindatur, an is, in cuius fauorem contractus celebratus est, metum grauem intulerit, siue alius, quia res illa metu acquisita transit eo vitio affecta in quemcunque possessorem, vt expresse decidit text. in l. si cum exceptione 14. §. in hac actione, ff. de eo, quod met. caus. vbi glossa verbo lucrum, idem ait esse, si ex causa non lucratiua, quod expresse probatur in §. aliquando eiusdem l. ibi, vnde quidam putant bonae fidei emptorem, & c. in vltis verbis final. eiusdem §. ibi, sed rectissime Iuliano videtur etiam hos teneri, ne metus, quem passus sum, mihi capitiolus sit, & in §. Pedius eiusdem l. quatenus indistincte ait, etiamsi ad alium res peruenit, gloss. in cap. verbo coactus, ibi, nec refert, & c. de iis, que vi. & c. & ibi Hostiens. paulo post princip. super verbo coactus, & Thom. Sanchez d. lib. 4. disputatione 8. numero 7.

Limitatur tamen sententia communis praesata, quae habet, quod contractus metu cadente in virum constantem celebrati sunt rescindendi, vt procedat, nisi metum passus incidit culpa sua in metum, vt

in exemplis, de quibus in l. continer, la tercera, §. sed vim, ff. de eo, quod met. caus. & l. si mulier 21. ff. eodem titulo: ratio est, quia in hac specie cessat ratio iniuriae illatae metu passio, siquidem metus iuste inferitur, gloss. verbo coactus in versic. tenet ergo, de his, que vi. & c. & ibi communiter DD. diximus de iuram. confirmatorio prima parte cap. 57. numero 9. & plures congerens Thom. Sanchez vbi supra, numero 8.

Vbi numero 9. hanc doctrinam communem veram esse intelligit, quando metus absque iniuria inferitur, iuxta d. l. si mulier: secus, quando metum passus culpa reus fuit, sed metus iniuste, & non iuridice incutitur, tunc enim subuenitur metu passio iuxta l. nec timorem, ff. de eo, quod met. caus. alias secus iuxta gloss. in d. l. si mulier, verbo quia, Gofred. in Summa titulo de his, que vi. numero 3. Hostiens. in cap. veniens, el. segundo, de sponsal. ad iu. & ibi Ioan. Andr. numero 8. Anton. de Butr. num. 7. & Henric. numero 1. 2. & 3. & ita explicatur Summ. Rosel. verbo metus, numero 2. Ang. numero 10. & Syluest. quaestione 6. Tabien. verbo coactus, quaest. 2. numero 9. dicentes valere contractum metu iuste incusso celebratum, vt si maritus minetur uxori accusationem de adulterio, secus si iniuste incutatur metus, vt si mortem priuata auctoritate eiminetur.

An autem extorta per metum leuem sint restituenda in foro conscientiae necne, siquidem in foro externo non restituntur ad penitenciam partis metum passae, nisi solum, quando metus fuit cadens in constantem virum, agit late idem Thom. Sanchez d. lib. 4. disputatione 9. per totam, vbi quatuor opiniones contrarias diuersorum Auctorum in hoc refert, & fundat prima est negatiua, quam tenet Metym. in suo C. de rebus, quaest. 3. causa 2. versic. si fiat remissio: secunda, nullum esse discrimen in hoc inter vtrumque forum cum quadam distinctione de qua per Sarmientum lib. 2. secl. 1. interpres, cap. 11. a numero 6. vsque ad 11. Tertia sententia est distinguens in actibus gratuitis, vt donationibus, elemosynis, mutuis, & in actibus onerosis, vbi non interuenit mera gratia, sed do. vt des, facio, vt facias, vt in illis gratuitis extorta metui leui sint restituenda: secus in onerosis, secundum Ludouic. Lop. in suo instruat. conscient. secunda parte de matrim. cap. 40. §. per totum.

Quarta sententia verior, communis, & tenenda est, nempe extorta per metum leuem, qui est causa sine qua non, indistincte esse in foro conscientiae restituenda: quam latissime iure comprobat plures Auctores eam tenentes citans Thom. Sanchez d. disputatione 9. numero 4. & merito, quia & in foro externo, licet non detur actio, quod metus causa nisi metus cadat in constantem virum, ceterum metum minorem passio succurretur officio iudicis, & rescindetur contractus, vt tenent plures, quos ibi numero 5. refert, & sequitur, & numerus 7. & 8. duobus modis limitat praed. quartam sententiam, primo quando fit donatio ex metu non ad id incusso, quia tunc valet, nec tenetur alter restituere, veluti si quis, dum iniuste mors sibi imminet ab aliquo, cuidam pauperi aliquid promitteret, vel donaret, vt Deus ipsum ab eo periculo eriperet, valerit quidem nec tenetur pauper aliquid restituere: secundo quando metus incutitur iniuste, quia si iuste incutatur, non tenetur accipientis restituere, quia cessat iniustitia, & iniuria, quae est causa restitutionis: hinc plurima inferit Sanchez vbi supra numero 9. cum sequentibus quoad forum conscientiae vtilissima, quae per ipsum possunt nuncupantur videri.

Sed vt ad materiam nostram matrimonij metu cadenti in constantem virum contracti redeamus, an sit validum ipso iure, vel irritum, & nullum? obseruandum proculdubio est, huiusmodi matrimonium

contractum metu cadenti in constantem virum, ad eum finem iniuste incusso, esse nullum in vtroque foro, ex text. in cap. cum locum, & cap. veniens, el. segundo, de sponsal. & cap. significat de eo, qui dux, in matrimonio, & cap. cum simul, & in terminis ita tenet glossa verbo coactus in versiculo, & primo in causa matrimonij in cap. 2. de his, que vi. & c. & ibi communiter DD. D. Couar. de spons. secunda parte, cap. 3. §. 3. numero 1. Nauar. in Man. cap. 22. numero 31. & 52. Matien. in Rubrica tit. 1. gloss. 1. numero 189. vbi numero 190. ampliat etiam si praedict. contractus matrimonij metu factus sit iuramento firmatus, vt in d. cap. significat, de eo, qui dux, in matrimonio, & c. Couar. vbi supra, numero 2. nos consil. 16. numero 10. & plurimos referens lateque hoc probans Thom. Sanchez d. lib. 4. disputatione 12. numero 18. quicquid alij teneant quos supra numero 16. & 17. retulerat.

Nec requiritur relaxatio iuramenti in praed. specie, vt cum aliis probat Matien. vbi supra d. numero 190.

Eriusius metus in proposito fuisse dicitur, etiam si arma semel sumpta fuerint deposita, vt cum aliis diximus d. consil. 16. num. 10.

Ampliat primo haec verissima, & recepta sententia, siue praedict. metus inferatur per contrahentem, siue absque eius culpa per quemcunque alium, vt bene probat Thom. Sanchez vbi supra, num. 19.

Secundo ampliat, vt procedat nedum, quando aliquis cogitur cum certa facina matrimonium contrahere, sed etiam cum incerta de certis, vt cum aliis probat D. Couar. d. §. 3. numero 8. Padill. in l. interpositas, numero 6. C. de transact. Anton. Cuch. lib. 5. instr. maior. titulo 12. numero 127. & cum aliis etiam Sanchez vbi supra, num. 21.

Tertio ampliat, vt procedat etiam si matrimonium contractum sit in praesentia consanguineorum, & amicorum, licet tunc grauetur actor onere probandi metum duriores, & grauiorem iuxta vtiorem opinionem, quam refert ex Bald. Paul. & Felin. Anton. Gom. cap. 14. de restitutione min. numero 27. nos d. consil. 16. numero 24. Burg. de Paz consil. numero 69. & Sanchez vbi supra, numero 21. vbi in vtroque foro loquitur, si tunc vere non cessauit metus cogens ad matrimonium.

Quarto ampliat, vt non solum matrimonium, sed etiam in initum sit nullum: sed etiam non valeat ipso iure constitutio procuratoris ad illud in eundem metu viri constantis facta, ita tenet Hostiens. in d. cap. cum locum, paulo post princip. de spons. & ibi Ioan. Andr. numero 1. Imol. in d. cap. 2. num. 3. in fin. de iur. quaer. D. Couar. in d. §. 3. num. 9. ad fin. Padill. in d. l. interpositas, numero 7. idque est speciale in matrimonio ratione libertatis ad illud requisita, quicquid sit in constitutione procuratoris metu facta ad celebrandos alios contractus, vt recte cum aliis docet Sanchez vbi supra, num. 22.

Quinto ampliat, vt non solum matrimonium, sed etiam constitutio procuratoris ad illud contrahendum metu facta annullentur, sed etiam dotis promissio, & solutio metu facta sit ipso iure nulla, tanquam matrimonio accessoria, l. si mulier 21. §. si dos, ff. de eo, quod met. caus. l. fin. titulo 11. partia 3. vbi hoc extenditur ad promissionem arrarum, vt metu facta non valeat, vt obseruauit ibi Greg. Lopez in glossa, o prometteffe, Padill. in d. l. interpositas, numero 7. & Sanchez vbi supra, numero 23. vbi ait hoc esse speciale in dote, vt eius promissio metu facta sit omnino irrita iuxta gloss. saepe allegatam in d. cap. 2. verbo coactus, de his, que vi. & c. alios quos ibi citat, vbi etiam defendit rationem praed. huius sententiae, nempe quod dos sit accessoria matrimonio.

Quo autem iure metus cadens in constantem virum

virum irritet matrimonium, an iure nature vel iure solum Ecclesiastico agit late idem Sanch. d. lib. 4. d. 14. per totam. & cam numero 3. tanquam probabiliorem late probat, metum minimum irritum reddere matrim. quando iuste incutitur.

16 Sed an metus irritet matrim. quando iuste incutitur, tres quæstiones principales in hoc refert idem Sanch. d. lib. 4. d. 14. per totam. & cam numero 3. tanquam probabiliorem late probat, metum minimum irritum reddere matrim. quando iuste incutitur.

Sed quamvis metus iuste incussus annullaret matrimon. in utroque profus esset medium quo aliqui iudices Ecclesiastici vtuntur, nolentes concedere facultatem in cluso in carcerem propter stuprum, vt stupratam ducat, donec carceribus extrahatur, vt libere contrahat, & ita solet extrahi, non tamen libere dimissus eam vxorem ducit. vt alios referens probauit, & sequitur sui de iuramento confirmat, prima parte, cap. 51. numero 10. & nobiscum alios allegans Sanch. d. d. 14. numero 4. vbi numerus sequentibus nonnulla certa, & clara ex supradictis inferit apud ipsum videnda.

17 Magna autem difficultas est, an matrimonium metu cadente in constantem virum contractum, ita inualidum sit, vt nullam profus pariat obligationem denuo ratificandi illud respectu eius, qui non est passus metum, vel an possit hic resiliere antequam metum passus ratificet pristinum consensum in quo duos casus distinguendos esse censet: primus est, cum alter contrahens immunis fuit culpa, quia ignorauit alteri metum fuisse incussum: & tunc hic contrahens non est cogendus stare matrimonio, potestque ab eo resiliere eius nullitate comperta, nec priori illo consensu ratificato per coactum.

Secundus casus est, quando non coactus particeps fuit culpa metus alteri illati, & tunc duplex est sententia DD. vna ait, non posse eum, qui libere consensit, resiliere, sed teneri congruo tempore arbitrio prudentis expedire, an alter velit stare matrimonio, peccareque si hoc non expediet. Altera vero probabilior affirmat, non teneri cogentem in foro conscientie perficere illud matrim. donec per iudicem condemnatur, sed libere altero inuito posse resiliere, nisi aliud damnum sequutum sit, vt late vtramque fundans hanc secundam probabiliorum, & merito appellat Thom. Sanchi, d. lib. 4. d. 15. per totam.

18 Contrahens autem vero consensu matrimonium per metum cadentem in constantem virum, non peccat, quamuis id esse nullum sciat ita tenet Nauar. in cap. 28. Manual. lingua Hispana composita in aduocatione numero 51. cap. 22 Enriquez lib. 11. de matrimonio. cap. 9. numero 6. & late Thom. Sanchi, d. lib. 4. d. 15. numero 16. per totum, vbi numero 7. ampliat idem esse, licet iuramentum accederet matrimonio metu extorto.

19 Magna tamen controuersia inter DD. nostros versatur, an in foro conscientie matrimon. contractum metu leui, non cadente in constantem virum sit nullum: quamplures namque volunt, idque affirmant quando consensus non est spontaneus, sed illo metu extortus; ita vt nullo pacto contrahens id matrim. aligeret, nisi eo metu perterritus: alij vero quamplurimi Authores contrarium probant, & tenent, quia Ecclesia solum irritauit matrimonium metu viri constantis inuito, & vtraque opinio est probabilis, hec autem posterior tenenda est tanquam probabilior, secundum Thom. Sanchi, d. lib. 4. d. 15. numero 4. qui per totam illam d. 15. per totam articulum hunc in vtramque partem

examinat, & Authores vtriusque opinionis refert. Adde ego tenentes priorem præf. opinionem in suo casu ita restricto, vt præ diximus, non errare meo iudicio, saluo alio saniori.

Nihilominus tamen coactio quantumuis leuis, si omnino consensum tollit, dirimit matrimonium in foro conscientie, licet non dirimat quoad Ecclesiam, vt cum Gabriel. & communi Doctorum tenet Pater Ferdinandus Rebello Societatis Iesu. de obligat. iustitia lib. 2. de matrimonio, quæstione 11. sectione 1. in versiculo dixi modo, &c. pag. 278. columna 2. quia sine consensu non est contractus coram Deo, qualiscunque sit metus: Ecclesia vero, cui constat de facto, præsumit de meliori, ac prouide de consensu, vt ibi per eum.

Matrimonium tamen metu cadente in constantem virum celebratum, ratificatur, si postea accedat copula sponte habita affectu coniugali, & ex tunc incipit valere, si alter, qui absque metu consenserat in pristino consensu perseveraret, vt probat D. Thom. in 4. distinctione 29. quæstione unica, articulo 3. quæstioncula 2. ad secundum. & alij quamplures Theologi & Iurista, quos refert, & sequitur Sanchez vbi supra d. lib. 2. d. 15. numero 2. vbi idem probat, si copula illa non sit omnino spontanea, sed metu leui extorta: & numero 3. addit non tantum per copulam spontaneam ratificari prius matrimon. metu graui extortum, sed etiam per diuinam habitationem mutuum spontaneam data opportunitate recedendi, vt in cap. ad id de sponsa, & docent omnes de hacre agentes nec tunc requiritur, quod simul interueniat copula, quia ipsa sola spontanea sufficeret, vt præ diximus, & ita hanc opinionem tenent Hostiensis, & communiter DD. in d. cap. ad id, Gregor. Lop. in l. 15. in glossa, le plusse, titulo 2. par. 4. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez vbi supra, numero 4.

Requiritur tamen ad hoc vt superiora de diuina habitatione dicta procedant, vt ratificans matrimonium sciat matrim. prius contractum fuisse nullum, alias namque si ex errore, quo putabat prius matrimon. validum fuisse, cohabitaret, aut copula maritali accederet, non ratificabitur prius matrim. quia nihil magis contrarium consensui, quam error, vt late probauit idem Sanchez lib. 2. d. 15. numero 2. ad quem locum se refert idem Sanch. d. lib. 4. d. 15. numero 5.

Non autem in casu d. cap. ad id, est necessaria cohabitatio anni, & dimidij, de qua ibi, quia is tex. narrat enim facti contingentiam, dum eius temporis habitationem ponderat, vnde prudentis arbitrio definiendum est hoc tempus, vt in specie hac nostra tenent communiter DD. ibi, & docet Couar. in quarto Decret. secundæ partæ, cap. 3. §. 6. num. 1. Greg. Lop. vbi supra, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 4. num. 23. & alij, quos refert, & sequitur Thom. Sanchi, d. lib. 4. d. 15. num. 6.

Vbi etiam quod hoc intelligendum est, quando sumus in dubio, an potuerit fugere, nam quando constat de spontanea cohabitatione, quia data opportunitate illico, & inconuenient non fugit, sufficit momentanea cohabitatio, secundum Ant. de Butr. in d. cap. ad id, numero 9. & ibi Alex. de Neno numero 6. & 7. Neuzan. consil. 46. num. 32. vbi quod hoc arbitrio etiam prudentis viri relinquatur, licet vt intelligatur morali modo, non enim est necessarium, nec cohabitans censetur spontaneus, vt statim mathematico modo fugam arripit, quod etiam probauerat Hostiensis, in c. 1. de iis qua vi. &c. super verbo non timore mortis, & ibi Butrus in fin. Abb. num. 12. Henric. num. 4. Nauar. in commentario 4. de regul. quod est super c. statutus 19. quæstione 2. num. 71. & hæc quoad forum

forum externum, nam in foro conscientie nullius temporis habitatio postquam metuendi causa cessauit, ratificabit matrim. si non adfuit animus illud ratificandi, vt recte obseruauit Sanch. d. num. 6. ad fin.

25 Requiritur præterea, quod habitatio illa sit omnino spontanea, cessaueritque omnino timoris causa, durante namque causa metus, durat metus, quamuis in actu exteriori appareat omnimoda libertas, vt tradunt Bart. & alij communiter DD. quos refert, & sequitur Sanch. d. 15. numero 7. vbi & in eum sequentibus hoc pluribus modis declarat, quomodo intelligendum sit, & tandem num. 12. tenet hæc omnia vera esse etiam post Concil. Trident. sessione 24. de matrimonio, cap. 1. quando impedimentum metus erat occultum, & parochi ac testibus ignotum, vt probauit lib. 2. d. 15. numero 14. quasi fecus sit alias.

26 Durante enim causa metus semper durat metus, quamuis in actu externo appareat omnino libertas, ita Bart. in l. 2. numero 7. C. de his qua vi. &c. & ibi Bald. numero octauo, Zasius in l. 1. §. qua uerando. numero 40. ff. quarum rerum actio non datur, Decius consilio 219. numero 7. volumine 2. Alexand. consilio 48. lib. 4. facit doctrina Bartol. in l. siob turpem num. 7. ff. de condit. ob turp. causam.

27 Vbi inquit, quod si vir percussit valde vxorem, quæ volebat consentire eidam instrumento, & postea mulier consensit ex interuallo, metu hoc fecisse videtur, quia donec durat maleficium, durat metus, idem in alio proposito respondit Angel. in l. qui aliena. §. Celsus, ff. de acquir. her. Abb. in cap. accedens. quarto notabil. de procurat. Cardin. consilio 137. sic etiam Calderin. consilio 1. sub titulo de his qua vi. &c.

28 Resoluit, quod mulier, quæ ingrella est religionem per metum alicuius persone, etiam si existat in religione per multos annos, viuente illa persona, quæ metum ei inculit, non purgatur metus, iuxta textum in cap. accedens. de conuersione coniug. Idemque erit in matrimonio carnali, quia valet argumentum de vno ad aliud ex traditis per Euerard. in Topicis legalibus, loco à matrimonio, &c. Idem respondit, licet in alio casu, Aretin. consilio 14. incipienti, vbi & diligenter considerato obtemperato. numero 17. versiculo, sed resistat nunc videre de quarto dubio, Roland. à Vall. consilio 95. numero 32. volumine 1. Ant. Gom. secundum tom. var. cap. 14. num. 27. & plura congerit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 4. num. 22. Mascard. de probat. conclusionem 105. num. 32. Gam. 1. parte. de cessione 364. num. 4. & nos alios allegantes consil. 6. numero 15.

Verum supradicta doctissimi viri opinio Thom. Sanchez vbi supra, est ante Concil. Tridentinum. procedere possit, post idem tamen Concil. eam veram esse non credo ex sequentibus.

29 Primo, quia post Sacrum Concilium Tridentinum copula sequuta post sponsalia de futuro non sufficit ad præsumendum coniugalem consensum, neque aliquod aliud signum, nisi expressus simultaneus consensus vtriusque partis coram parochi, & testibus per verba de præsentem, vel signa sufficientia exprimitur, vt late probauimus in nostro tract. de iuramento confirmat. 1. parte. c. 51. numero 12. & sequentibus, & post nos Marten. in Rubrica tituli 1. lib. 5. nota coll. Reg. glossa 1. numero 13. & sequentibus. & iterum nos lib. 1. Canonice, quæstionum. ca. 18. num. 4. vbi adduximus declarationem Congregat. Cardinal. à Sede Apostolica deputatorum ad declarationem dubiorum S. Concil. Trid. huiusmodi Decretum Concil. Trident. sessione 24. c. 1. de reformatione matrimon. annullat, tantummodo contractus matrimonij per verba de præsentem clandestine factos: sponsalia ta-

men per verba de futuro reliquit in terminis iuris communis, præterquam quoad copulam, quia per eam non transeunt in matrimonium: quam declarationem refert etiam Farinat. tom. 4. super præd. Decret. sessione 24. cap. 1. de reformatione matrimon. eandem opinionem sequitur, & probat Thom. Sanchi, lib. de matrim. d. 15. numero 6. vbi numero 7. agit, quid dicendum sit, quando copula fuit habitata coram parochi, & testibus. Ergo nec copula sequuta post matrimonium nullum, & irritum ex causa metus cadentis in constantem virum, vel alia legitima conualescere non potest ex copula spontanea, postea subsequuta, vel cessante impedimento absque nouo consensu libere præfinito de præsentem coram parochi, & testibus siue impedimentum fuisset publicum, siue occultum, quamuis in hoc vltimo casu impedimenti occulto parochi, & testibus ignoto, alias sufficeret expressus consensus vtriusque coniugis absque parochi, & testibus, non tamen sufficit solus tacitus ex copula inductus coram parochi, & testibus præfinitus fuit nullus, & illegitimus, vt late probauimus d. cap. 18. lib. 1. Canonice, quæstionum. numero 5. & 6.

Secundo, & præcipue eadem nostra sententia, 30 principalis probatur, quia post Sacrum Concil. Trident. matrimonium de præsentem celebratum à duobus impuberibus, vel à pubere, & impubere maioribus tamen septennio solenniter coram parochi, & testibus, interueniente copula post pubertatem, cohabitatione, amplexibus, vel osculis minime ratificatur absque eo, quod eadem solennitate repetita de nouo celebratur, vt latissime post longam disputationem ad vtramque partem resolutum d. lib. primo Canonice, quæstionum d. cap. 18. per totum. & nos alios quam plurimos hoc idem tenentes refert, & tenet idem Sanchez lib. 3. de matrim. d. 15. numero 3. & 9. cum sequenti. & iuxta hanc nostram resolutionem ita fuit declaratum non semel per Sacram Congreg. Cardin. vt constat ex Farinat. vbi supra, versiculo sponsalia inter impuberes pagina 87. columna 1. & iterum ibi, in versiculo matrimon. conu. ratiuum, pagina 69. columna 1.

Si ergo hæc ita se habent vbi sponsalia per verba de futuro celebrantur ab habentibus ætatem completam ad contrahendum de præsentem, vel quando juris præsumptione sunt sponsalia de futuro, licet per verba de præsentem contraxerint ætate prohibente, vt probat tex. in c. vnic. §. idem quoque, de deijonacione impub. lib. 6. à fortiori idem erit dicendum, quando matrimonium celebratum est nullum propter metum, vel alia ratione iuridica id impediende, & dirimente, nec valet, vt sponsalia de futuro.

Tertio, quia in terminis eisdem fundamentis, hæc 31 partem in specie tenuimus, & probauimus d. ca. 18. numero 7. cum sequenti. vbi respondimus fundamentis contrariis: copula namque etiam affectu maritali habita, nisi tacitum inducat consensum celebrandi de nouo vel ratificandi matrimonium semel jam contractum irritè & nulliter, non tamen villo modo expressum, qui requiritur ad matrim. celebrandum, vel ratificandum non sufficit attentio Concilio Tridentino, quia nuptias non concubitus, sed consensus facit forma debita præfinitus, vt in l. nuptia 30. ff. de regul. iuris: quare hanc sententiam proculdubio veritatem, & tenendam esse censet, contra priorem Thomæ Sanchez & sequacium.

At, quod impedimentum metus, vel alias dirimens fuerit occultum, etiam si postea sit sublatum, non tollit, quin iterum sit expresse de nouo celebrandum coram parochi, & testibus, vel saltem absque eis sequendo tertiam opinionem, de qua in-

fra statim agemus, siquidem prior consensus fuit nullus.

22 Licet enim triplex in hoc sit sententia Doctorum, prima, quae docet desiderari, ut iterum coram parochio, & testibus celebraretur illud matrimonium, quam tenuit Navar. lib. 4. consil. in prima editione, titulo 1. de sponsal. consil. 11. & in secunda editione titulo de sponsal. impub. consil. 3. & nos lib. primo Canon. questionum. cap. 18. num. 7. & 8. de iuramentis confirmas. prima parte. cap. 51. numer. 22. & 43. Palat. Matiens. & alij relati à Thom. Sanch. lib. 2. de sponsal. disputatione 37. numero 2.

Secunda sententia docet idem, nisi scandalum, aut infamia oriretur, ut tenent Cordoua, Segur. Ludouic. Lopez, & Veracrux, nisi illa mala fide contraxerint, quos refert Sanchez ibidem numero secundo.

Tertia habet, non esse necessarium iterum coram parochio, & testibus contrahere, sed satis esse si contrahentes inter se ipsos solos renouent consensus, cui prorsus ipse Sanchez ibidem numero 2. adhæret, & late cum comprobatur cum Navar. lib. 4. consil. titulo 1. de sponsal. in 1. editione consil. 35. & in secunda editione consil. 14. in fin. & in Manual. ca. 22. numer. 70. & c. 16. in noua editione num. 37. vbi dicit sic postea declarasse Prim. V. & sacrum penitentiariæ Prætorium ea declaratione semper vti, idem que tenentes refert Sanchez. vbi supra d. numer. 3. ad fin. alios quam plures graues viros.

Et tandem numer. 4. idem dicendum esse docet, qualecunque sit impedimentum occultum, vt si matrimonium fuit nullum propter metum occultum, cum Enriquez, & alijs, quos ibi refert.

Et numeris sequentibus idem probat in alijs similibus casibus, de quibus ibi per eum, & præcipue num. 6. in matrimonio nullo ob occultum ætatis defectum, vt ætate completa satis fit inter ipsos coniuges matrim. celebrari, secundum Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 7.

Nihilominus tamen iuxta præd. tres opiniones, & quamlibet earum requiritur novus, & expressus vtriusque coniugis consensus: est tamen differentia vtrum parochus, & testes debeant interuenire in secunda præd. celebratione matrimonij, at in casu, de quo agimus, nempe copulæ de nouo habitæ cessante metu, & reliquis impedimentis occultis dirimentibus nullus consensus expressus interuenit, sed tacitus atque presumptus, qui solus non sufficit post Concilium Tridentinum, licet impedimentum fuerit occultum, & ignotum parochio, & testibus ad efficiendum verum matrim. vt probauimus: ergo nullo modo est dicendum.

Neque obstat fundamentum Sanch. d. disputat. 37. num. 16. nempe matrimonium illud, quod propter impedimentum occultum nullum fuit, posse reuolidari copula affectu maritali inter coniuges habitæ, sicut reuolidatur nouo consensu occulto: primo, quia Concilium Trident. d. sessione 24. cap. primo, de reformatione matrim. minime comprehendit hunc casum, vt habet præd. tertia sententia supra relata: ergo tanquam casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, vt in iuribus vulg. ergo cum secundum ius commune tale matrim. conualeceret copula maritali, vt in d. cap. ut qui fidem. de sponsal. idem erit attentio Tridentini Concilij Decreto Quod ibi confirmat & secundo, quia ideo Concilium Trid. corrigit matrimonia præsumpta ex copula maritali coniugentia, quia non requiritur præsentia parochi, & testium, ergo in casu in quo talis præsentia non desideratur, vt est hic, manebit ius commune illud. Adid præterea & tertio pro sua opinione Sanchez, quia cum matrim. verbis, & signis con-

trahi possit, & copula affectu maritali habitæ, & gnum sit consensus de præsentia, alias sponsalia per illam transirent antiquitus in matrim. contra d. Decretal. ut qui fidem, sicut verbis de præsentia conualeceat, ita copula illa affectu maritali. Non inquam, obest hæc triplex argumentatio, quoniam etsi subtilis sit, non tamen vera, nec solida. Ad primum namque responderetur, quod Concil. Trident. vbi supra, generaliter & indistincte tollit, & comprehendit omnia matrimonia præsumpta de iure communi, siquidem decidit, quod parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto eos coniungat: & postea, qui aliter quam præsentia parochio, vel alio sacerdote de ipsius parochi sen Ordinarij licentia, & 2. vel 3. testibus matrimonium contrahere attentabant, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, &c. nullo modo sola copula etiam maritali affectu habitæ potest inducere matrim. validum post Concil. Trident. Negamus igitur casum præsentem remanere sub dispositione iuris communis, siquidem d. ca. ut qui fidem, & ca. 1. §. idem quoque de sponsal. impub. lib. 6. supra allegata sunt hodie indistincte, & generaliter in omni casu correctæ, nisi quando sponsalia de futuro fuissent celebrata, & copula postea affectu maritali coram eodem parochio, & testibus, vt supra diximus. Neque tertia sententia supra relata in eo articulo verum matrimonium coram parochio, & testibus initum inualidum ob occultum impedimentum, sit sublatum impedimento iterum coram parochio, & testibus celebrandum, quæ habet, satis esse si contrahentes inter se ipsos solos renouent consensus, nobis obest in præsentia specie copulæ: tum quia prima contraria est verior, probabilior, & recepta, vt probauimus, tum etiam, quia licet tertia contraria sententia esset sequenda tanquam receptior, & benignior atque declaratione Pij V. probata, de quo articulo jam supra egimus late in hoc eodem tractatu, adhuc tamen hæc tertia sententia non requirit consensum nouum expressum licet sine præsentia parochi, & testium, vnde minime sufficit tacitus per copulam, attentio Sacro Concilio Trident. vbi supra.

Secundum argumentum, quo Sanch. confirmat suam opinionem, iam cessat ex suprascriptis, nempe quod Concil. Trid. non solum requirit præsentiam parochi, & testium ad contrahenda in posterum matrimonia valida, sed etiam consensum expressum coram eisdem exprimendum: ergo etsi daremus in nostro casu non esse necessariam præsentiam parochi, & testium, adhuc tamen remanet alterum requisitum, sine quo non esset validum matrim. nempe expressio consensus, sed copula non est huiusmodi ergo, &c.

Ad tertium respondemus, vt non semel prædicimus, non sufficere signum consensus (loquimur in valentibus loqui) sed requiri expressum consensum: ex quibus hæc pars verissima manet, & contraria improbat.

Sive igitur in casibus præcedentibus parochus, & testes impedimento occultum ignorauerint (quod negat Thom. Sanchez) siue id nolent (quod profertur idem Author d. disputatione 37. lib. 2. n. 10.) necessario repetendum est matrimonium coram parochio, & testibus, & quamuis in primo casu ignorantie parochi, & testium secundum tertiam præfactam sententiam sufficiat reuocare consensus absque parochio, & testibus, nihilominus tamen saltem renouandi sunt expresse consensus inter solos contrahentes, vnde tacitus consensus presumptus ex copula minime sufficit ad inducendum de nouo matrim.

matrimonium post Concilium Trident. nisi expresse de nouo consentiant iuxta supra dicta, & probata.

31 Quinimo secundum eundem Thom. Sanch. vbi supra. numer. 11. quando est periculum, vt detegatur impedimentum, & probetur in foro exteriori, tali periculo existente, celebrandum iterum est matrim. coram parochio, & testibus, & tenet Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. num. 6. & Manuel Rodrig. 1. tom. Summa in secunda editione. c. 220. n. 2. imo quamuis id periculum minime adit, si impedimentum sit plene probabile in foro externo, credit ibi Sanch. d. numer. 11. vbi sic, imo necessario iterandum esse matrim. coram parochio, & testibus, vt ibi late probat.

32 Addens, dici plene probabile impedimentum in foro externo ad dissoluendum matrim. publice contractum, quando duobus testibus probari potest, vt cum alijs docet Mascard. de probat. conclusionem 410. n. 19. junctio num. 9. & habetur expresse in cap. quoribus de testibus, & attest. debent tamen illi duo testes esse non tantum idonei, sed omni exceptione maiores, id est, quibus nihil possit opponi, vt multis iuribus, & Doctoribus probat idem Mascard. conclusionem 1023. à numer. 4. usque ad 14.

33 Quare si sola relatione coniugis scirent impedimentum tres, vel quatuor testes, adhuc dicere, vt impedimentum occultum, dum non est publica fama, quia testes illi non faciunt plenam fidem ad dissoluendum matrim. quia tantum deponunt de coniugis confessione, quæ sufficiens ad hoc non est, ira. Sanch. d. num. 11. ad fin.

34 Ex quo primo inferunt num. 12. quod si impedimentum illud delatum ad forum externum minime probaretur, aut falsa informatione pronunciaretur sententia pro matrimonio publice contracto, maneret adhuc occultum, cum matrimonij valor consistet Ecclesiæ, & ita possit conualecere nouo consensu occulto inter coniuges præstito, secundum Enriquez d. lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 6.

35 Secundo inferunt declaratio ad Concil. Trid. sessione 24. cap. 6. de reformatione matrim. vbi conceditur Episcopis facultas dispensandi in delictis occultis non deductis ad forum contentiosum; poterit namque Episcopus dispensare, si reus falsis testibus, aut probationis defectu absolvere, & ad delicto ad forum contentiosum deducto, vt cum Enriquez, Manuel, & Vinald. quos citat ibi, probat Sanchez.

36 Tandem idem ibi num. 19. obseruandum esse dicit, eos, qui sublatum impedimento reuolidarunt matrimonium, non teneri Ecclesiæ benedictiones ante reuolidationem præmissas iterum recipere, quia semel receptæ sunt, nec possent sine scandalo repeti, nec sunt de matrimonij essentia, vt tenent Cord. & Bartholom. de Ledesma, quos ibi ad hoc citat.

37 Ex quibus omnibus metu cadente in constantem virum celebratum, vel ex alio impedimento dirimente, nullum, maxime si in foro exteriori est probabile præfatum impedimentum, cessante tali metu, vel impedimento præd. iterum esse celebrandum de nouo coram parochio, & testibus copula autem sola postea subsequuta etiam cessante metu, vel impedimento dirimente, minime ratificari nec reuolidari sufficenter, vt supra probauimus contra sententiam Thom. Sanch. siue impedimentum occultum sit notum parochio, & testibus, siue non: adhuc namque nouus expressus consensus ad id requiritur coram parochio, & testibus indistincte iuxta nostram primam supra relata sententiam, & aliorum, vel saltem sine parochio, & testibus iuxta tertiam sententiam supra relata cum declaratione Pij V. de qua supra.

38 Vtrum autem ad matrimonium inualidum ob

impedimentum occultum ratificandum cessante impedimento oporteat alterum coniugem certiorum facere de nullitate prioris matrimonij, vel hæc nullitate tacita satis fit renouare consensus, agit late Thom. Sanch. eodem lib. 2. de sponsal. disputatione 38. per totam, ipsum consultato, & vide.

Difficultas tamen in eo versatur, an sicut matrim. metu initum ratificatur copula spontanea affectu maritali habitæ iuxta opinionem Thomæ Sanchez, de qua supra, ita etiam ratificetur copula graui metu extorta, vt si quis metu cadenti in constantem virum cogatur matrimonium inire, illudque consummare sit validum? etiam post Concil. Trid. vel quando parochus, & testes ignari fuerunt impedimenti metus, idque occultum erat, vel aliterum parochus, & testes matrim. & copulæ coacti?

Et in hoc articulo Palud. in quarto. distinctione 29. quest. 1. art. 4. conclusionem 3. m. 25. & ibi Supplementum Gabrielis dubio tertio. art. 3. conclusionem 3. tenet valere hoc matrimonium, & ibi Soto questione 1. art. 3. ad fin. versiculo in contrarium, quamuis valde anceps sit, tandem tenet valere, & Angl. in Flor. prima parte de matrim. q. 3. de consensu. ca. 3. art. 1. difficultate 4. folio 49. Bartholom. à Ledesma. de matrimonio. dubio 23. ad fin. Vega lib. 2. sua Summa casu 513. & dicunt eam probabilem Petr. de Ledesma. de matrim. quest. 47. art. 3. dubio penult. & Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 7. & eam dicit satis probabilem Thom. Sanch. d. lib. 4. disputatione 18. num. 13. ad fin. qui prius eodem num. plura fundamenta huius opinionis adduxerat.

Ego vero contrariam sententiam, vt in specie præmissa nullum sit matrimonium, longe veridicem, communem, & omnino tenendam esse censeo, non vero primam, quam tenet Abb. in cap. discretio. num. 3. in fin. de eo qui cogn. consang. & in cap. consultationis in fin. de sponsal. & ibi Præpos. num. 2. in principio, & Alexand. de Neuo num. 10. Nauar. in Man. Lat. cap. 22. numero 51. ad fin. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptione 4. numero 31. cum sequentibus, & præcipue numero 35. eandem tenet Henriquez, & Petr. de Ledesma. vbi supra. & alter Ledesma. in secundam partem quartæ questione 49. articulo 3. in fin. & Magist. Palac. in 4. distinctione 29. disputatione vnc. folio 603. ante versiculum, consensus in dogmate, & alij, quos refert & sequitur Thom. Sanchez disputatione decima octaua, numero 15. dicens eam esse multo probabiliorē, & tamque pluribus fundamentis comprobata, & num. 18. satisfacti contrariis, & num. 16. eam bene limitat, si matrimonio metu consummato, aliquando accedat copula spontanea, deposito jam prorsus metu, & animo ratificandi prius matrimonium inualidum, scienti accedente copula illa fuisse inualidum, & ea ratificari, quia tunc manet firmum matrimonium ante Concil. Trident. post Concil. vero Trident. tenendum est quod prædicimus, constantem tamen matrim. metu graui potius debet mortem pati, quam consummare, quia cum non valeat inatrim. ex copula fornicaria, posset tamen exculari si accedat animo maritali, sequens priorem opinionem (habitam pro probabili) asserentem ea copula ratificari matrimonium, ita tenet Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 7. sed intelligendum est in eo casu, in quo post Concil. Trident. efficeretur verum matrimonium iuxta supra dicta.

De sponsalibus metu cadenti in constantem virum initis quequid dicat Henriquez vbi supra. numero 6. & Petr. de Ledesma. de matrimonio. questione 47. articulo 3. circa tertium argumentum, dubio tertio, ea valida esse, verior tamen, & recepta sententia est ipso iure esse nulla huiusmodi sponsalia sicut matrim. metu graui contractum, & hoc ex text. recte pensato in cap. ex literis de sponsal. impub. & in terminis